spurius legitimatus, & inclu-
si fuerunt descendentes ab il-
la legitimi, an ex hac omis-
sione & vocatione legitimo-
rum ad memoriae conserva-
tionem, censeantur descen-
dentes filii omissi, & exclusi-
inclusique in generali voca-
tione consanguinei proxi-
mioris extincta linea primæ
Pars III.

vocatae, & an succedat ne-
ptis filii spurii omissi; an ve-
ro descendens, à fratre insti-
tutionis legitimus, & an &
quando spurii aut Bastardi
succedere possint per obi-
tum patris in maioratu an-
tiquo ad cuius successionem
sunt Bastardi vocati deffici-
entibus legitimis, & in eo-
rum defectu consanguinei
proximiores descendentes ex
parte institutoris macula, &
non foeminae, quæ in eadem
charta seq.

SUMMARIUM.

- 1 *Relatio ad casum.*
- 2 *Institutio maioratus ab Antonio
Marques Abbate D. Michae-*

A

150

- lis de Fiaens, & super hac re sententia.
- 3 Nō potest fieri transitus ad maioratum ex persona collateralium ex linea instituentis est persona capax.
- 4 Qualitates, & conditiones adhibite in uno gradu, non censetur repetite in alius n. 5. & 6.
- 7 Regula negativa debet prevalere quando repetitionem negat.
- 8 Legitimati per rescriptum secundum mentem testatoris passim succedunt cum sint de agnatione, & familia ipsius, & veniant in fidei comisso relicto ex proximioribus.
- 9 Legitimus ab institutore admittitur tanquam legitimus exclusis transversalibus.
- 10 Linea quid sit, ibi Declarabitur.
- 12 Voluntas testatoris declaratur etiam ex verbis prolatis extra testamentum.
- 13 Nemo enim presumitur alienas successiones, suis ante ferre & n. 14
- 15 Legitimitas residet in persona, jus autem succedendi est quid ab ea distinctum.
- 16 Exclusio à successione, nisi expressa sit à testatore certa persona ut gradu, vel linea, non procedit.
- 17 Ratio legis magis attenditur, quam ejus dispositio.
- 18 Casus Leg. si filius 42. ff. bon. lib. explanatur.
- 19 Legitima ex spurio venit ad maioratum ex propria vocatione, & non ex jure patris.
- 20 Per legitimationem aboletur omnis macula, & tollitur totalis illegitimas.
- 21 In materia maioratus primum locum habet voluntas testatoris.
- 22 In spurio non potest conservari familia, generatio, memoria nobilitas & caput domus.
- 31 Casus refertur.

- 32 Spurius & bastardus non est agnatus & n. seqq.
- 55 Magis operatur negativa in sensu negativo quam affirmativa in sensu positivo.



E hac materia dixi late cap. 8. n. 2. & seqq. ubi ostendimus quādo specialiter exclusus, censetur inclusus in generali vocatione & inclusione, & nunc ad præsentem quæstionis resolutionem, vide casum sequentem ex cujus decisione manebit resoluta, & ex aliis.

Antonius Marques Abbas D. Michaelis de Fiaens, fecit maioratum hac in forma: as quaes propriedades aqui declaradas havia comprado para hum morgado que de novo quer fazer para memoria, e cabeça de huma geração, para andarem juntas em huma só pessoa, e senão poderaõ alienar, nem dividir, & Paulo infra ibi: a qual nomeação elle Abbade fará quando elle quizer, e a pessoa que elle nomear nomeará a outro filho, ou filha legitimo nascido de legitimo matrimonio, qual elle quizer, e naõ tendo filho ou filha de legitimo matrimonio, pode:á nomear em hum herdeiro mais chegado da linha do administrador deste morgado, & in ejus maioratus successione nominavit primo in loco filiam suam spuriam Catherina Marques de Paiva cum certis conditionibus ab ea acceptatis, & postea nuptias contraxit, cum Francisco Vas Prestrello, ex quorum matrimonio natus fuit eis filius Antonius Vaz Prestrello, qui ultimum clausit diem absque liberis, & relinquit hæredem nominatum Ignatium da Cunha Prestrello, ad hoc ut maioratum restitueret cui pertinebat juxta institutionis formam, & fuit citatus,

& mota lite inter varios consanguineos, denique conclusa fuit entre partes Joaõ de Sá de Miranda, em nome de sua mulher neptis ex fratre legitimo institutoris & inter Mariam Marques filiam Michaelis Sardinha, filii legitimi à dicto Abbate ante maioratus ereptionem & in illa commissi apud Notarium Emmanuel de Goes Pinheiro, ubi lata fuit in Portuensi Senatu sententia sequens.

Acordão os do Desembargo, &c. Vistos estes autos, artigos de opposição, que nesta instancia se processarão, documentos, e prova junta, pelos quaes se mostra a fol. 9. instituir o Padre Antonio Marques Abbade da Igreja de Fiaens hum morgado com obrigação de certas Missas na Capella de Santo Antonio, e nomeado a fol. 13. vers. do Appenso, em sua filha Catharina Marques, para que ella, o podesse nomear, em filho, ou filha legitimo, e de legitimo matrimonio, quem ella quizesse, e do mesmo modo os seus successores, e não tendo filhos, hum parente mais chegado da linha d'elle instituidor. Mostrase casar a dita Catharina Marques com Francisco Vaz Prestrello, que por fallecer sem descendentes, nomeou a fol. 879. do appenso a successão deste morgado no parente mais chegado por parte de sua mãy, e havendo controversia se julgou pela sentença do appenso fol. 975. a favor do Padre Fr. Bento Lamberto Religioso da Ordem de São Bernardo filho da irmãa do avô do dito nomeante, a qual sentença se confirmou pela sentença do Senado a fol. 127. do appenso, e se foy continuando esta demanda em varios oppositores, dos quaes hums são falecidos, e outros deixarão a causa, que ultimamente, reyo a ficar entre os oppoentes Francisco Marques, e Maria Marques. Por parte da qual se prova ser neta

Pars III.

do dito Abbade filha legitima de Miguel Sardinha filho, que foy do dito Abbade instituidor, e que a ella sómente lhe pertencia a successão deste morgado, por ser neta descendente por linha a direita do instituidor d'elle. O que tudo visto, disposição de direito conforme a qual a primeira qualidade, que na successão de morgados se respeita, he a linha da primeira nomeada no dito possuidor, que morreo sem d'elle ficarem descendentes, e achandose a dita oppoente Maria Marques na linha direita do instituidor sua neta, e descendente, não pode ser excluida pela preferencia, que de direito lhe compete; como taõbem, porque em virtude da nomeação, que fez o ultimo possuidor deste morgado o tempo de seu falecimento, se achava vivo o pay da dita oppoente, e como parente mais chegado da mãy do nomeante em terceiro grau por ser seu tio irmão de sua mãy, e o dito Fr. Bento Lamberto se achar no quarto grau por ser filho da irmãa do ultimo possuidor, lhe pertencia a successão, e pela mesma razão a oppoente sua filha, a qual não pode prejudicar a dita sentença para que não foy citada, nem ouvida de seu direito, nem impedimento, que contra o dito seu pay se considera por ser filho spurio, e se entender estar excluido para a successão deste morgado, por serem chamados os filhos legitimos, e de legitimo matrimonio, e como filha de pay excluido, não devia ser admittida; por quanto esta resolução se limita nos filhos legitimados pelo mesmo instituidor, como o he o pay da oppoente; quanto mais, que a dita exclusão para poder ter lugar por ser odiosa, se havia de achar expressamente, posta em certa pessoa, linha, ou grau, e em duvida senão pode interpretar contra o dito Miguel Sardinha; por não ser verosimel, que fosse a tenção de seu pay;

A 2

querello

querello excluir da successão deste morgado, ainda que seja spurio, para hir a estranhos, contra a affeição natural, que os pays tem aos filhos, e a ancía, com que desejaõ adquerir-lhes muitos bens, para os deixarem mais ricos, principalmente, sendo a primeira nomeada tambem spuria, e o mesmo defeito, que a elle lhe não fez mal para seu pay não deixar de a nomear, lhe não deve prejudicar, para por elle ser excluido, e não tendo nestes termos a dita clausula lugar, como não tem mais, que para os descendentes da primeira nomeada, onde sómente foy posta, pelo direito, que lhe competia; devia a oppoente sua filha ser preferida aos mais oppositores, que como transversaes, e estranhos, e por ella se achar em melhor linha a não podem excluir. Por tanto julgaõ a successão deste morgado a oppoente Maria Marques, e condemnaõ a Joaõ de Sá de Miranda possuidor dos bens a elle vinculados lhos restitua com os frutos da lide contestada até real entrega que se liquidarão na execucao da sentença, e em ametade das custas dos autos, e na outra ametade ao oppoente Francisco Marques. Porto 19. de Novembro de 1678.

Mota. Mendonça.

Et sententia fuit fundata in deliberationibus seqq.

Licet iste processus supercilio fastigii sui, non parum fastidii nobis incutere videatur, veraciter tamen, nec fastidiosus, nec admodum laboriosus existit, continet enim duntaxat punctum juris non ex apibus ipsius, sed valde triviale, & ordinarium, & ex appendice per quam pauca necessario legi oportet. Quod prænotare decrevi, ne collegæ amantissimi futurique Judices, tædio tanti voluminis perteriti, illud (contra suum morem) retardare

præsumant, reservantes forsan ipsius expeditionem in tempus opportunius, in quo negotia, occupationes que continuæ magis intermitantur; valebunt enim, si libuerit, ut me experientia docuit, brevi temporis curriculo, modico que labore apposito, judicia sua interponendo, merito, & laude hoc inveteratum letigium feliciter absolvere.

Quo supposito, deveniendo ad causæ merita; inter omnes oppositores, & pertendentes hujus maioratus successionem; solum opponens Maria Marques descendit ab institutore Abbate Antonio Marques, tanquam ejus neptis, reliqui vero oppositores ei sunt transversales, excepta rea Dona Antonia de Pena, quæ illi omnino est extranea, & ut talis, iam condemnata in appendice fol. 1027. vers. ut dict. maioratus bona demitat cum fructibus à die litis contestationis.

Unde mihi videtur luce meridiana clarius, præfactam opponentem Mariam cæteris oppositoribus facile antecellere, omnibus que suis competitoribus indubitanter palmam præripere; quippe cum descendat ex primo institutore, & alii oppositores sint ei transversales, dum ex linea instituentis aliqua persona superest capax successionis, non potest fieri transitus ad lineam transversalem nec aliquis collateralis successionem pertendere *ex text. in cap. 1. §. 1. de natur. succes. feud. L. 1. ff. de graaib. Molin. de primog. lib. 3. cap. 3. n. 14. & cap. 6. n. 29. Gutier. cons. 13. ex n. 11. & n. 27. L. 3. tit. 13. partit. 6. ubi Greg. Lop. explicat verbo ningum pariente, prosequitur Cevallos q. 672. n. 25. & sequentibus, & n. 36. in fine allegat textum in L. ultim. Cod. de impub. & aliis, Alvarad. de coniect. ment. defunct. cap. 3. §. 3. n. 44. Castill. quotid. tit. 5. cap.*

93. n. 9. verſ. ſexta, & n. 24. verſ. ultra quem & n. 33. & 37.

Neque obſtat, quod contra dictam opponentem Mariam objicitur, nempe, quod procedit à radice infecta; ex eo quod parens ejus Michael Sardinha fuiſſet filius ſpurius dicti inſtitutoris, & quanvis, fuiſſet legitimatus, attamen, non potuiſſet ſuccedere in hoc maioratu, quia inſtitutor in inſtitutione vocavit ad ſucceſſionem filios legitimos, ex legitimo matrimonio, quo caſu legitimi vocati non cenſentur.

Quia reſpondetur primo: nullam reperiri vocationem in tota inſtitutione, per quam inſtitutor generaliter vocaſſet legitimos, ex legitimo matrimonio, ſed tantummodo fol. 10. verſ. in appendice antequam declarafſet primum iſtius maioratus ſucceſſorem, dixit, quod perſona; quam ipſe nominafſet, potuiſſet nominare filium ſuum, aut filiam legitimam de legitimo matrimonio, quem voluiſſet, ut patet ibi: e a peſſoa que elle nomear, nomeará outra, filha, ou filho legitimo de legitimo matrimonio, qual quizer.

Quæ clauſula legitimatis de legitimo matrimonio, non fuit univerſaliter probata; ſed ſolummodo reſtrieta ad filios primi ſucceſſoris nominandi; Immo in defectu ipſius filiorum conceſſit inſtitutor ut potuiſſet nominare unum hæredem proximiorum ſine clauſula legitimatis de legitimo matrimonio adjectione; & eodem modo fol. 12. in dicto appendice, in cauſa contraventionis oneribus dicti maioratus, vocavit conſanguineum propinquiorum lineæ rectæ ipſius inſtitutoris, etiam ſine dictæ clauſulæ adjectione, ut patet ibi: E o parente mais chegado da linha direita delle Abbade lho podera tirar et iterum dicto fol. 12. verſ. ibi: E o haverá lo-

go, e poderá tirar o herdeiro mais chegado, &c. talis clauſulæ quoque ſine adjectione. Unde dicta clauſula reſtrieta ad filios primi ſucceſſoris, non cenſetur repetita in aliis, quia in maioratibus, qualitates, et 4 conditiones adhibetæ in uno gradu, non cenſentur repetitæ in aliis ex *Molina de primog. lib. 3. cap. 5. n. 56. verſ. ſed quanvis & n. 57. & 58.* Et in ſpecie in qualitate legitimatis tenent ſocini tam ſenior, quam junior, *Ruinus, Berrêta Macalo Decian. & alii, quos laudat Nogueirola alleg. 23. n. 40. & 41. & in clauſula masculinitatis tenet Mantica de conjeet. lib. 6. tit. 13. n. 10. & generaliter loquens Menoch. conf. 326. n. 49. ubi Bart. refert ex n. 51.* ubi, quod qualitas poſita in prima ſubſtitutio- 5

ne non cenſetur repetita in ſecunda. Præcipue quia in dicto primo gradu, militabat diverſa ratio, quam in aliis; nam cum dictus inſtitutor tempore celebrationis dictæ inſtitutionis maioratus, jam in mente gereret nominare filiam ſuam Catherinam Marques, ut in continenti nominavit in ipſamet inſtitutione fol. 13. in appendice adhibuit qualitates legitimatis de legitimo matrimonio, reſpectu filiorum dictæ Catherinæ nec ei occaſionem præberet delinquendi, & ſuſcipiendi filios illegitimos, immo ut pertalem clauſulam, eam à procreatione illorum arceret, ipſa uſus fuit, & ita eam admonuit ex preſſe indicta inſtitutione fol. 14. ibi e o naõ deſhonraſſe, nem caſaſſe contra ſua vontade, e que fazendo o contrario elle inſtituidor ſeu pay poderia nomear outra qualquer peſſoa, que foſſe ſua vontade; & ſic ut filiam adſtringeret ad honeſte, caſteque vivendum, & ſolum legitimam prolem ſuſcipiendam, ei adjecit clauſulam legitimatis filiorum, quam cum judicio, & conſideratione,

fideratione, non adjecit in aliis substitutionibus, & vocationibus, in quibus prævidit potuisse ingredi, & succedere alterum suum filium Michaelē Sardiniam nostræ opponentis Mariæ patrem, vel ejus descendentes; & sic cum datur diversa ratio in uno gradu, quam in aliis, meritissimo non debet clausula primi gradus repetita censi in aliis, ut in simili considerat *Mantic. de Conject. lib. 6. tit. 13. n. 8. prope finem.*

- 6 Eodem modo non censetur repetita qualitas, quando datur diversitas personarum, nec quando clausulæ, & dispositiones sunt separatae, ut cum multis juribus & Doctoribus tradit *Menoch. cons. 334. n. 3. melius cons. 326. n. 52. & 53. ubi n. 55.* quod debet prævalere regula negativa, quæ repetitionem negat. Et sic cum datur in præsentī diversitas personarum, & dispositiones separatae perfectæ, non debet qualitas legitimationis adjecta respectu filiorum filia, repetita censi in aliis, immo debet prævalere regula negativa, quæ tandem repetitionem negat.

Ulterius dicta clausula respectu filiorum dictæ Catherinæ, apposita fuit majoris claritatis gratia; & ut dicta Catherina illius notitia vitam honestam conservaret, & se ab occasionibus delinquendi abstineret. Nam quanvis institutor eam non apposuisset, semper pro apposita habenda erat ex voluntate tacita, & præsumpta ipsius testatoris, qui præsumitur voluisse prospicere honori filia suæ, quam creditur delixisse plusquam proprium ex leg. *isti quidem ff. de eo quod met. caus. & ita tenent Bart. & omnes Doctores comuniter, quos referunt, & sequuntur Castilb. quotid. to. 5. cap. 82. n. 36. optime Mantic. de con-*

ject. lib. 11. tit. 9. n. 16. Nam ex contrario si filia dicti institutoris illicitum coitum habuisset & filios illegitimos concepisset, nulli dubium est, inde maximum dedecus eventurum patri instituenti, ut experientia docet, & eleganter considerat ipse *Mantic. ubi proxime n. 16.* & sic adjectio talis clausulæ nihil operata fuit, quia ex præssio illorum, quæ tacite in sunt nihil operatur *L. 1. ff. de legat. 1. Grat. forens. cap. 496. n. 33.*

Unde colligitur evidenter, dictam clausulam legitimitatis de legitimo matrimonio, appositam respectu filiorum dictæ Catherinæ filia institutoris, habere circa eam specialissimam rationem, & non posse jure censi repetitam in reliquis gradibus, substitutionibus, & vocationibus, in quibus institutor, eam non adjecit, sed ut dictum est ex industria, & providentia, maturoque Concilio emisit.

Secundo? Respondetur! quod dato, & non concesso, quod dicta clausula legitimitatis respectu filiorum dictæ Catherinæ censeatur repetita in cæteris substitutionibus solummodo debet intelligi, quoad filios aliorum successorum mayoratus, quanvis à parentibus suis successoribus legitimarentur, non vero quoad dictum Michaelē Sardiniam institutoris filium, quia hic cum legitimatus fuisset ex voluntate expressa, immo ad postulationem patris instituentis, est de familia, agnatione, & cognatione ipsius, & per eum conservatur familia, & agnatio, sicuti pervere legitimos, ut in terminis tenet *Joannes Gracia de nobilit. gloss. 21. n. 28. quem laudat, & sequitur Castilb. quotid. tom. 5. n. 12. in medio & etiam in fin. vers. 1. concl. Molin. de primog. lib. 3. á n. 3. usque 11. precipue*

8 præcipue n. 10. *Gratian. foenſ. cap. 634. n. 22.* ubi quod legitimated per reſcriptum ſecundum mentem teſtatoris, paſſim ſuccedunt, cum ſint de agnatione, & familia ipſius, & veniant in fidei commiſſo relicto proximioribus, & melius cap. 635. n. 41. ubi eos æquiparat legitimis, & cap. 496. n. 6. ubi, quod ſunt de linea teſtatoris Phæb. qui multos refert 1. p. *decis. 97. n. 10.* ubi, quod in hoc caſu nulla eſt controverſia, quod legitimatus ab iſtitutore admittatur, tanquam legitimus, excluſis tranſverſalibus.

9 Præſertim, cum dicta legitimatione Michaelis facta fuerit à patre iſtituente, ante ipſius maioratus iſtitutionem, quo tempore, nulli tranſverſalium jus erat quæſitum, quia tunc legitimatus dicitur vere & proprie legitimus, ut tenet *Antonius Tuber. decade 35. error. 6. n. 9. Menoch. conf. 266. n. 11. Fachin. contrav. lib. 4. cap. 53. verſ. quod ſi proponatur, Phæb. dict. decis. 97. n. 11. & inſinuat Gam. decis. 278. n. 16.*

10 Et in ſimul, quia in ipſamet legitimatione ab iſtitutore impetrata declaratur dictum Michaelem poſſe ſuccedere in maioratibus; quod præcipue intelligitur in maioratibus ipſius impetrantis, ut cum *Surd. Considerat. Caſilb. quotid. to. 5. cap. 84. n. 47.* Et ſic cum conſtet de voluntate expreſſa iſtitutoris voluiſſe dictum ſuum filium Michaelem ſuccedere in ſuis maioratibus, ad hoc, ut non poſſet in iſto ſuccedere, debebat conſtare expreſſe de ejus excluſione in ipſa iſtitutione, & cum non conſtet, non debet præſumi, tum quia teſtator non cenſetur excluſiſſe, quos non expreſſit, ut cum multis notat *Menoch. conf. 266. n. 22.* Tum quia mutatio voluntatis non præſumitur,

in mo indubio præſumitur perfeverantia ex *L. eum qui ff. de probata. cap. maiores in fin. debapt. cap. licet. de procurator. in 6. Gratian. forenſ. cap. 221. n. 22. Menoch. lib. 4. præſumpt. 70. n. 4.* Et tandem quia, ut ſupra dictum eſt, in ipſa iſtitutione fol. 12. in caſu contraventionis vocavit iſtitutor conſanguineum proximiorē ſuæ lineæ rectæ; linea autem recta proprie dicitur ſurſum, & deorſum, & non ex latere; & ita vocavit deſcendentes ſuos, & conſequenter dictum Michaelē filium ſuum, qui ſicut in hoc caſu cenſetur vocatus, ita debet cenſeri in caſu regalis ſucceſſionis.

Et tandem, quando aliquid ad eſſet dubium in intellectu ipſius iſtitutionis, quod negatur (debet intelligi, & declarari per ſcripturam legitimationis, in qua expreſſe invenitur voluntas teſtatoris ad dictum Michaelē ſuccedendum in hoc maioratu; tum quia una ſcriptura declaratur per aliam, ut cum alijs notat *Mascard. concl. 1260. n. 25.* tum quia voluntas teſtatoris declaratur etiam ex verbis prolatis extra teſtamentum. *Bart. in L. heredes palam §. ſi quidem poſteſt ff. ad teſtam. & in L. 2. in princ. n. 39. ff. de vulgar. & pupil. ſubſt. Menoch. conf. 266. n. 74. Larr. decis. granat. 66. n. 3.* ubi argumentum ſumit à *L. Julianus 9. §. proinde ff. ad ſen. conf. Macedonian. notat. gloſſ. verbo animus) in in L. Fulcinus 7. §. ſed & is ff. quib. cauſ. in poſſeſſionem datur,* ubi voluntatem colligi probat *Accuſius ex eo, quod antea dictum, Gratian. forenſ. cap. 221. n. 22.*

Et quanvis in claris non ſit opus conjecturis: ex abundantia addo: non eſſe verosimile, iſtitutorem, qui ad caput, & ſucceſſionem iſtius maioratus

maioratus admisit filiam feminam, etiam spuriam voluisse excludere filium masculum, quem ad in eo succedendum legitimare fecerat; immo contrarium verosimilius est, etiam in institutore in dignitate constituto, quia hic, quanvis propter dictam dignitatem non censeatur vocare ad maioratum filios naturales, nihil omnius tamen, si in aliqua parte testamenti mentionem fecit naturalium, & eos honoravit, non præsumitur, dictus naturales odio habuisse, immo potius, eos dilexisse præsumitur, & consequenter vocasse, ut in terminis tenet *Bart.* quem & alios multos refert *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 78. n. 31. & præsumpt. 79. n. 16. & cons. 66. n. 23. pluribus etiam relatis tradit. Castilb. quotid. to. 5. cap. 82. n. 34. vers.* quod tamen limitatur.

Secundo non obstat, quod etiam dictam contra opponentem Mariam objicitur, favore opponentis Annæ Lopes, scilicet, quod Actor originarius in appendice Frater Benedictus Lamberto, sententiam pro se reportavit, quæ transivit in rem judicatam, & quod ipse autoritate sui Præsulis, nominavit post se ad successionem hujus maioratus dictam opponentem Annam sororem suam, virtute facultatis, quam institutor concessit primo administratori ad nominandum, quæ ut ex adverso dicitur, secundum meliorem opinionem, repetita, & concessa intelligitur omnibus successoribus ad quoque nominandum, & elegendum successorem dicto maioratui.

Quia quidquid sit de resolutione dictæ quæstionis, an scilicet facultas nominandi concessa primo successoribus, repetita censeatur in cæte-

ris successoribus, quocumque modo resolvatur dicta quæstio, nihil officit opponenti Mariæ. Quippe ultimus, & verus possessor hujus maioratus fuit Antonius Vas Prestrello nepos institutoris, & filius primæ successoris Catherinæ Marques, qui sine liberis decessit, & dato. Quod etiam ei competeret facultas nominandi, & eligendi successorem. Constat ex suo elogio folh. 879. in appendice nominasse consanguineum proximiorum ex parte matris suæ Catherinæ Marques ad quem dictus maioratus pertineret, & sic eum reliquit via successiva, quo casu, cum etiam constet dictum Antonium Vas Prestrello, obuisse mense Martii anni 1642. ut apparet ex apertura ipsius testamenti in apperdice fol. 887. vers. & tunc temporis adhuc vitam agere Michaelē Sardinha nostræ opponentis Mariæ patrem (quippe constat exercitum e fol. 58. decessisse mense Novembris anni 1645.) nulla dubitatio est, dictum Michaelē ei successisse *Ex Ord. lib. 4. tit. 10. §. 2.* tanquam consanguineum proximiorum ipsius, ex eo quod erat ejus avunculus, & matris suæ Catherinæ frater, & sic cum eo in tertio gradu manebat juxta §. *tertio gradu Inst. de gradib. cognat.* & non poterat succedere dictus Religiosus Benedictus Lamberto, quia cum dicto ultimo possessore in quarto gradu existebat ex §. *quarto gradu Inst. cod. tit.* ex eo quod erat filius sororis avi dicti ultimi possessoris, & ut talis in remotiori gradu constitutus.

Et ita dictus Michael, non solum dictum ultimum possessorem in proximiori gradu attingebat, sed etiam ratione melioris lineæ, dictum Religiosum Benedictum excludebat, ex eo quod hic erat transversalis, il-

le vero descendens ab institutore, tanquam ejus filius, ut supra dictum manet; & consequenter existente dicto Michaelē, & ejus descendētib; ut est opponens Maria ejus filia, neque dictus frater Benedictus poterat succedere, nec minus nominare successorem.

Neque denique sententia in appendice pro dicto Benedicto lata, opponenti Mariæ officit, tum quia, in illa non fuit pars, nec ad eam citata *ex tex. in L. 1. ff. de excep. rei judicat. L. sepe ff. de re judic. Cou. pract. 13. n. 3. Castr. decis. 65. an. 4.* tum quia, ex eo quod mortuus esset dictus frater Benedictus ante decretum ultimum hujus Senatus in appendice fol. 1027. vers. admissis aliis opponētib; in his actis, & inter eos admissa etiam opponente Anna Lopes pertendente hanc successione tanquam nominata ab ipso fratre Benedicto, dicta opponens Maria obtulit etiam articulos suæ oppositionis fol. 50. ad dictas Annam, Ream Dominam Antoniam, & reliquos opponētes excludendos junta *Ord. lib. 3. tit. 20. §. 31.* & cum dictis oppositoribus ad huc litigat; & sic ei præjudicare non potest dicta sententia appendicis, quæ ea ignorante, & non citata ad favorem dicti fratris Benedicti intrusi, etiam mortui prolata fuit.

Satis factis ergo, immo omnino dilutis argumentis ex adverso objectis; nullatenus placito doctissimi, ac amantissimi Collegæ præcedentis annuere valeo, dum existimat meliores esse partes opponētis Annæ; in harum enim oppositionum conflictu opponens Maria optimam partem sibi ellegit, quæ non auferatur ab ea, cum sit descendens ab institutore, dicta vero Anna, cæterique opponētes transversales; et sic oportet, quod à nobis, no-

Pars III.

stroque Senatu integerrimo absit; ut legitimam successione ascendētis avi à descendente nepte auferamus, et illam transversalibus adju dicemus; hoc enim solum fieri potest, vel quando leges aperte ita decernunt, vel quando voluntas testatoris ex presse seu evidentissimis conjecturis ita suadet; alioquin in dubio (quod in præsentī non versatur) semper pro descendētib; judicare debemus, nemo enim præsumitur alienas successiones suis anteferre *L. cum avus ff. de condit. & dem. Mañic. de Conject. lib. 8. tit. 12. n. 16.* ubi assignat rationem scilicet, quia iniquum est, ut ii, qui ex transversa linea veniunt, sint potiores iis, qui recto jure descendunt §. *Item vetustas vers. nostra autem Inst. de hæredib. quæ ab intest. de fer. Phab. 1. p. decis. 97. n. 14.* Amor enim parentium omnes amores superat *Ansaldo. conf. 61. n. 33. Fragos. de regim. Rup. 3. p. lib. 1. disp. 1. §. 1. & 20.*

Præferatur igitur præfacta opponens Maria Marques, & exclusis omnibus oppositoribus; Rea Dona Antonia de Pina, cæterique opponētes possessores bonorum hujus mayoratus condemnentur ad restitutionem illorum, cum fructibus adie litis contestatæ Portii 10. Novembris anni 677.

Ultra supra dicta; ad verto quod quanvis non sit præcisum ad omnia respondere præcipue ad ea, quæ parum, aut nihil urgent: attamen, ne quid intactum relinquatur.

Non obstat, quod à docto Patrono fol. 254. obiicitur contra dictum Michaelē Sardinha, scilicet, quod tantummodo fuit dispensatus ad succedendum parenti institutori ab intestato, vel in mayoratibus, & hæreditatibus, quæ ipsi datæ, vel relicte fuissent, quod in hoc regno, erat dispensatio, & non legitimitio.

B

Quo-

Quoniam respondetur, quod dictus Michael respectu personæ fuit vere legitimatus, ut patet ex ipsa legitimatione. Eo legitimo, e habilito, faço legitimo, e habel, quero, e outorgo, que elle haja, e possa haver todas as honras, privilegios, dignidades, e officios assim publicos, como privados, que defeito, e de direito haver poderia se de legitimo matrimonio nascido fora &c. Et quanvis jus succedendi aliqua ex parte illi restrictū fuerit nihil omninus mansit vere legitimatus; quia legitimatio residet in persona legitimati jus autem succedendi, quanvis sit consequentia ipsius legitimationis, est quid ab ea diversum, ac separatum; ut cum pluribus resolvit *Molin. de primog. lib. 3. cap. 3. n. 38. vers.* Sed quanvis, & ita refert iudicatum in summo Castell. Senat. & ab omnibus iudiciis acceptum & intellectum ita vidisse; cum multis etiam resolvit *Gratian. forens. cap. 496. à n. 26. cum sequentib. ubi Bart. refert. Menoch. lib. 4. pr. assumpt. 79. n. 48.* Et tandem sufficit quod dispensatus sit ad succedendum in mayoratibus, & quod in institutione exclusus non reperiatur, ut sublata sit omnis dubitatio. Præferatur igitur dicta opponens Maria Marques modo supra dicto Portu dicta die supra. *Mendoça.*

Processus iste, quem vere processum infinitum vocare possumus, post terminum tringinta annorum tandem, tandem ad suum pervenit occasum, & quanvis sapientissimus dominus in sua secunda deliberatione omnem controversiam tolit; quia multiplicatæ columnæ ædificium magis roborant, et multæ ancoræ navem securam retineant, aliquas augeam rationes, & ut clarius procedamus, & melius veritas elucescat, certa ab incertis separemus,

concussis enim nebulis, sol clarior evadit.

Certum est bona de quibus agimus maioratui vinculata esse, & in rem iudicatam transivit, ex sententia Iudicis in appendice fol. 975. & in sententia Senatus a fol. 1027. vers. in dicto appendice.

Certum etiam est neminem in iudicio sine actione audiri posse, & actio, per quam Joannes de Saa Pereira suos formavit articulos oppositionis a fol. 111, ex jure uxoris suæ Domine Mariæ Pinta ei competebar, per cujus obitum, de quo constat a fol. 167. vers. & obiit dicta actio, & exadem ratione de articulis Annæ Lopes non est curandum, quia etiam mortua est, ut apparet ex certitudine a fol. Et quanvis in decreto a fol. pro tunc iudicatum fuit necesse non erat ejus hæredes habitari velint admittendi sunt; quia in spectata calumnia, cum qua dictus Joannes de Saa certitudinem occultavit, qui nomine dictæ defunctæ, ut constat à procuratore fol. 187. accerrimus pro pugnator istius causæ erat, et ad huc est, et possessor bonorum propugnator istius causæ erat, et adhuc est, et possessor bonorum istius maioratus, ut de ponunt testes a fol. 243. vers. et 244. vers. et cum vidit causam proximam esse finali sententiæ transactis duobus annis, dictam certitudinem exhibuit tantummodo ad causam dilatandam, ut nunquam obtineat finem, et ad obviandum has, & alias calumnias, de quibus plenus est processus iste bene in dicto decreto iudicatum fuit. Alii oppositores, quanvis articulos formarunt, nullam fecerunt probationem, & tandem tota disceptatio hujus controvertiæ inter opponentem Franciscum Marques, & Mariam Marques versatur.

Certum

Certum etiam eſt dictam Mariam Marques neptem inſtitutoris eſſe, & filiam legitimam Michaelis Sardinha ut conſtat a fol. 82.

Deveniendū igitur ad incerta, quæ merita cauſæ reſpiciunt, impedimentum, & obſtaculum patri dictæ Mariæ Marques oppoſitum, & deductum à clauſula inſtitutionis a fol. per quam inſtitutor legitimus, deligitimo matrimonio vocavit, & cum dictus Michael Sardinha pater dictæ Mariæ, filius ſit ſpurius virtute illius clauſulæ excluſus cenſetur à ſucceſſione iſtius maioratus, & eodem modo ejus filia tanquam à radice infecta procreata; et quanvis ſapientiffimus Dominus, jam hoc fundamentum impugnavit, dicens regulam iſtam locum non habere in legitimati ab ipſomet inſtitutore maioratus, et cum dictus Michael Sardinha pater noſtræ opponentiſ filius ſit ejuſdem met inſtitutoris, et in vita ſua legitimatus in eo locum non habere dictam clauſulam, et per conſequens nullum impedimentum obſtare noſtræ opponenti ad hujus maioratus ſucceſſionem; et cum hoc ſit fundamentum principale præter ibi à ſapientiffimo Domino allegatos, ad eum corroborandum. addo in propriis terminis *Roxas de incompatibil. maiorat. & Regn. qui elleganter ut ſolet hanc quæſtionem pertractat. in p. 1. cap. 6. §. 6. ubi à n. 84. ait ibi.*

Limitatur quarto, ſic ille, qui legitimationem impetravit, ſit primus inſtitutor, ſeu fundator maioratus.

Ubi allegat *Joan. Garc. de nobilit. gloſ. 21. n. 28. Caſt. lib. 5. cap. 106. n. 12. & additionat. ad Molin. lib. 3. cap. 3. ſuper n. 3. verſ. Limitatur ſecundo.* Hanc etiam opinionem tenet. *Marta de ſucceſ. legal. p. 1. q. 18. art. 8. Tiraquel. de primog. q. 34. n. 46.*
Pars III.

& etiam eſt opinio Bart. in L. Gal. lus §. & quid. ſi tantum n. 14. ff. liber. & poſth. quæ cogit ſecundum eam judicare ex Ord. in lib. 3. tit. 64. §. 11.

Nec obſtabit illa clauſula ſolita apponi in legitimationibus de qua a fol. 53. ibi. *E naõ he minha tenção por ella ſer feita prejuizo a alguns herdeiros.*

Quæ clauſula tantummodo prodeſt deſcendentibus, et non tranſverſalibus, nec iſti virtute dictæ clauſulæ excluſi poſſunt legitimati, ut eſt comunis opinio Doctorum *Tiraquel. in L. ſi unquam verbo donatione. Largitus n. 319. & verbo ſuſceperit liberos n. 65. C. de revocand. dotat. Capic. deciſ. 22. Cald. in L. ſi curatorem verbo, ſine curatore n. 56. verſ. addo etiam C. de integ. inſtit. & de poteſt. ellig. cap. 10. n. 20. & conſ. 9. n. 72. & quæſt. forenſ. q. 38. n. 16. Menoch. conſ. 306. n. 1. Cum ſequentibus Cab. deciſ. 69. n. 4. & 10. p. 2. Valaſc. de part. cap. 12. n. 43. Gratian. forenſ. cap. 496. n. 2. & n. 20. cum ſequentib. & cap. 569. & cap. 724. n. 23. Gam. deciſ. 278.* Et cum dicta clauſula compræhendere nequit patrem noſtræ opponentiſ, eo impedimenta ſublato aliis opponentiſ illa perfertur.

Et quanvis dicta clauſula patrem noſtræ opponentiſ compræhendat, dato, non conſeſſo, quod ita eſſet, adhuc per eam excluſus non cenſetur; tum ex dictis à ſapientiffimo Domino, quia ſolum compræhendit vocationem filię inſtitutoris, in qua tantummodo oppoſita fuit, et non alios ſucceſſores, quia in caſu contraventionis, vocavit inſtitutor cognatum ſibi proximiorē, in qua vocatione dicta clauſula non invenitur repetita, ut neceſſe erat, ad hoc, ut in ea locum habuiſſet; eſt text. expreſſus in *L. ſub. conditione 93. ff. de hæredib. inſtit.* ubi *Juriſconſultus*

sultus Caius ita dixit.

Sub conditione hærede instituto, si substituamus nisi eandem conditionem respectamus, pure eum hæredem substituere intelligimur.

Tum etiam, quia dicta clausula per quam institutor vocavit legitimos, et de legitimo matrimonio, non est exclusiva patris nostræ opponentis nec per eam exclusus censetur, quia exclusio à successione nisi expressa sit à testatore certa persona, ut gradu, vel linea non procedit cum censeatur odiosa. *Rox. de incompatibil. p. 4. cap. 2. n. 8.* ubi allegat text. in *L. cum quidam 19. ff. de lib. & post.* præcipue in nostro casu, in quo in dubio præsumi nequit, patrem filium suum odisse tanquam spurium ad eum excludendum à maioratu ad cuius successionem vocavit filiam etiam spuriam, et ita suammet prolem abhorruisset *Dec. in cap. in presentia n. 43. vers. ultimo de probat. Paleot. de notis, & spur. cap. 27. num. 7. Menoch. de præsumpt. 73. n. 34. Mantic. de conject. lib. 11. tit. 9. n. 15.* immo potius filius semper censetur magis dilectus text. in *L. cum acutissimi C. de fideicommissis Angel. cons. 118. n. 2. Alomer. lib. Iliad. 5.* ubi aperte insinuat bona parentum filiis destinari, ac devoveri eosque admodum angere et cruciari, si extraneis illa relinquere cogantur; et cum in dispositione institutoris, ejus filius non expresse inveniatur exclusus, semper ejus voluntas interpretari debet secundum naturalem charitatem erga filios. *Mantic. de conject. lib. 6. tit. 21. n. 10.* quia in dubio interpretatur, id quod verosimilius est *L. in obscuris de regul. jur. L. cum in testamento ff. de reb. dub.* et verosimilis autem est filium magis dilectum esse à patre, quam extraneum, et ita pro eo voluntas testatoris interpretanda est,

et circa ejus interpretationem, semper debemus naturam sequi, quæ nos dirigit ad intellectum verum, quod nihil aliud est dicere, nisi, ut perquiramus naturalem rationem, ex qua quid testator censerit, percipi potest. *Mantic. de conject. lib. 6. tit. 14. n. 5. & 6. L. Silvius Aristoff. de legat. præstand. L. quoniam ff. de nat. liber.* Quibus sic suppositis in nostro casu habemus institutorem disponentem de bonis maioratus, ad cuius successionem, primo loco vocavit filiam suam spuriam; cum ergo hac deficiente, et ejus descendentes secundum conjecturam disponentis voluntatem, eam interpretari debemus, magis in favorem transversalium, quam in favorem filii ejusdemmet disponentis; durum et iniquum mihi videtur, cum indubitatum sit parentum amorem magis filios suos, quam extraneos prosequi, ut jam probavimus; unde sic ita interpretaretur, magnum sequeretur absurdum, videlicet, quod magis dilectus esset deterioris conditionis, quam minus dilectus adversus dispositionem text. in *L. Publius 36. §. 1. ff. de Condit. & demonstr.* & cum indubio filius institutoris ex vigore illius clausulæ, nunquam censi potest exclusus, eodemmodo nostra opponens exclusiva non censebitur.

Et si quæramus lineam, quæ semper in successione maioratum in primo loco quæritur, ut ait Anton. de Sousa de Maced. in sua singulari decis. 16. in qua agitata fuit illa deficiente quæstio maioratus domus de *Mafra & in n. 8.* ait, quod deficientibus omnibus ex linea possessoris, quæritur alia linea, quæ sit melior, & ego aliam lineam non invenio, nec meliorem, nec æqualem linæ, in qua nostra opponens invenitur, tanquam descendens ab institutore per lineam

lineam rectam & cum transitu ad successionem istius maioratus ex defectu descendendum primæ lineæ possessoris ut est *text. ex præssus in cap. 1. de nat. success. Feud. in verbis ibi.* Ad solos, & ad omnes, qui ex ea linea sunt, ex qua iste fuit, sed omnibus ex hac linea deficientibus, omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur. Et *cap. ult. de consanguinitate, & affinitate ibi.* Quo gradu remotior deffert ab stirpitate, & à qualibet per aliam lineam descendendum. Et ita semper lineam descendendum in primo loco quæritur, hanc opinionem tenent *Molin. de primog. lib. 3. cap. 6. n. 31. Cast. lib. 5. cap. 93. in n. 7. vers. quinta Robles de represent. lib. 2. cap. 29. an. 28. Cancer. var. p. 3. cap. 21. n. 295. Amato var. lib. 1. resolut. 1. n. 29. Giurb. de succes. Feud. §. 2. glos. 6. n. 13. Valens. cons. 69. in n. 19. Valas. consult. 171. n. 8. Pereir. de Castr. decis. 59. n. 6. Reyn. observ. 23. n. 6. & 7. Maced. in dicta decis. n. 9. 10. & per totam.*

Cum ergo nostra opponens in linea meliori institutoris, & ejus neptis inveniatur, procul dubio est præferentiam habere ad successionem istius maioratus.

Et quia nunquam licet dubietatem relinquere non omitam *decisionem 97. in 1. p. Phæb.* quæ exdeametro adversus nostram resolutionem est, in qua decisione eadem quæstio de qua agimus agitata fuit, & sententia adversus legitimatum prolata, sed puto ex diversa ratione, ita judicatum fuit. Moveor primo, ex ratione *ibi allegata n. 2.* Fuit lata sententia in Senatu pro Hyeronimo Telles Barreto, ex eo quod esset in meliori linea.

Et cum in nostro casu opponens Maria Marques in meliori linea sit, ex eadem ratione, obquam in dicta decisione judicatum fuit

contra legitimatum, nos pro opponente judicamus, quia in meliori linea est, & ratio legis, magis attenditur, quam ejus dispositio *Surd. decis. 19. n. 1. Cald. in L. si curatorem verbo, vel adversarii dolo n. 38. ad fin. C. de revocand. donat. Barb. in locis commun. lit. R. n. 6.*

Secundo; quia successio maioratus, de qua in dicta decisione agebatur, erat inter personas illustrissimas interquas, semper maioratus fundatur, non solum ad perpetuitatem, sed ad memoriam, & conservationem ejus familiæ, & nominis, & filii illegitimi, sint in capaces ad hoc, ut in illis memoria, & nomen cum splendore familiæ conservetur, nec perpetuetur, tanquam personæ infectæ, & maculatæ *Giurb. de succes. Teud. cap. 18. §. 1. gloss. 9. n. 11.* at vero in nostro maioratu, non militat hæc ratio, nec ad memoriam familiæ fuit institutus, nec inter personas illustres, sed inferioris conditionis, & ejus successio initium habuit in filia spuria institutoris, & nulla ei fit injuria, si ita ut incepit, & ita continuetur; ex quibus primum obtineat locum in successionem hujus maioratus nostra opponens Maria Marques, aliis exclusis oppositoribus, ita mentem sapientissimi Domini antecedentis amplectam. *Portu 18. Novembris anni 1678.*

Motta.

Et ultra supra dicta hanc quæstionem resolvit pro nepote legitimo spurii contra transversales *Valens. cons. 7. pe tot. & fuit confirmata sententia à DD. Lopes de Oliveira Silva e Sousa reluctante in contrarium Freire ut constat ex seqq.*

Decisio hujus processus, non est tam facilis, nec illius controvertia, ut patronus in sua allegatione dicit *fol. 328.* sed apud me est valde dubia illius resolutio, nam pro confirmatione

matione sententiæ, non solum faciunt fundamenta citata in deliberationibus inferioris Senatus, sed meo videri alia urgentiora, quæstionem ancipitem reddunt, quia quavis filius spurius institutoris, & avus aggravati & in institutione omissus, eorumque descendentes fuissent omissi, & quod magis est exclusi respectu filiarum, etiam spuriarum vocatarum primo loco, descendente ejus filio ultimo possessore absque liberis, ut decessit, devoluta fuit successio nepti institutoris, filiarum dicti filii spurii, et legitimati uti proximiori, & lineæ filii ejusdem institutoris, licet vocasset generaliter legitimos, quia illa habet qualitatem legitimitatis, & comprehenditur invocatione consanguinei proximioris, facta generaliter in dicta institutione, ut mihi
 18 *ex text. eleganti in L. Si filius 42. in princip. ff. bon. libert. cujus casus species est in simili quia pater, qui duos filios habebat unum instituit in bonis liberti, et alterum ex hæredavit, filius institutus fratrem suum ex hæredatum ad rogavit, atque ita hærede eo relicto defunctus est, dubitabatur an admitti deberet ad bonorum possessionem, nam ex una parte erat admissus, et ex altera exclusus, et videbatur excludendum esse, et ei nocere exclusionem, sed Paulus J. C. hoc corrigit, et ita dicit ei qui alieno jure venit, quam eo quod amisit, non nocet, id quod habet, sic edictum est Patrono, eidem que patroni filio non ob esse, quod quas patronus deliquit, si ut patroni filius venire possit, ut per hæc verba refert Roxas de incompat. maiorat. p. 4. cap. 6. n. 40. & seqq. ubi multis juribus probat, quod exclusus ex capite speciali, recuperat ex vocatione generali, licet ita aggravata sit descendens ex spurio, et excluso specialiter, sicut pater fuit,*

et omissus in institutione ratione sororis, ex hoc capite non possit succedere, recuperat ex generali vocatione consanguinei proximioris, ut concludit Roxas cum multis, et ultra quos refert videndus Noguereel allegat. 23. n. 174. ibi et hac de causa quando D. Ferdinandus exclusionem haberet, quod negatur, succedebat ex alio jure diverso, ab eo, ob quod fuit exclusus, nempe jure proximioris consanguinei, et n. 175. ibi obstare non potest asserta exclusio, quare videtur bene judicatum esse ex hoc fundamento.

Deinde confirmatur, quia licet pater aggravatarum fuisset filius clerici, ut exactis patet, & sic spurius, *Gloss. penult. in L. 2. ubi Bald. n. 3. Cod. de Episcop. & Cleric. Surd. de aliment. tit. 1. q. 10. n. 28. Ciriac. contr. 8. n. 8.* & ut talis exclusus, & non sit successibilis, nec de familia, nec linea & domo testatoris: attamen hæc omnia cessant, quando dictus filius spurius est legitimus, quia tunc est de domo, & familia, & linea, & est habilis ad omnia obtinenda, ut multis noster Pegas in com. ad Ord. tom. 2. ad regim. Senat. Palat. tit. 3. cap. 18. n. 134. & seqq. & non obstante spuritate potest succedere in maioratibus, ut judicatum testatur *Phæb. 2. p. decis. 272. n. 17. & tenet. Valasc. & alii multi quos refert. idem Peg. cap. 32. n. 212.*

Atque ita potest succedere aggravata filia spurij filij institutoris, & illius neptis, non solum quia pater potest ut legitimatus succedere, sed etiam, quia neptis filij spurij legitimati institutoris ex sua propria persona potest succedere, ut legitima in maioratu facto abavo, ut tenet *Mantic. citatus à Castill. lib. 5. contr. cap. 103. n. 26. ante vers.*

verſi. quando ergò ubi *Mantic. in fin. verbor. tit. 12. citatus à Caſtill.* poſtquam ſcripſit ab eo relata inquit ſequentia à *Caſtill.* omiſſa. Sed ſi pater fuiſſet legitimatus ex reſcripto J. P. vel Imperatoris; ita ut in fideiſſimis poteſt etiam ſucce- dere, ac ſi de legitimo matrimonio eſſet procreatus, nihil prohibet, quominus ejus filii legitimè nati admittantur, ut conſulvit *Reminald. Jun. conſ. 294.* & idem renet pro nepote filij legitimati ſpurij *Cepol. conſ. 103. lib. 1. Caſſanat. conſ. 8. n. 17. & 19. Martb. conſ. 26. Si- man. de Petr. conſ. 76. n. 9. & ſeqq. Gracia de benef. p. 3. cap. 15. n. 53. Gonſal. ad reg. 8. Cancel. Gloſſ. 5. n. 115. Navar. conſ. 4. n. 2. de jur. patr. ubi ita conſuluit, quod nepos legitimus ex matre ſpuria, tamen legitimata admittitur ad Ca- pellaniam fundatum abavo clerico, ad quam fuit vocatus alius primo loco, cum multis pro nepote fi- lij legitimati per ſex rationes de- fendit *Cov. de ſponſ. 2. p. cap. 8. §. 10. n. 7. & 8.**

19 Quia legitima ex ſpurio venit ad maioratum ex propria vocatione, & non ex jure patris ad tradita per *Valaſc. conſ. n. 7. Larr. deciſ. 34. n. 34.* & tunc ei non obest ſpuri- tas patris *Mierr. de maiorat. 2. p. q. 2. n. 78. Caſſanat. conſ. 8. n. 19. & 20. Surd. conſ. 116. n. 4. & 5.* & ita ſuccedit in emphiteuſi eccle- ſiaſtica nepos legitimus ex illegiti- mo, *Cald. de nominat. q. 13. n. 35. Agyd. de privileg. haneſtat. art. 16. n. 12. & 13. Mierr. ubi ſupra n. 77.* quia per legitimationem abole- tur omnis macula, & tollitur tota- lis illegitimitas, nec nepos dici po- teſt ex radice infecta *Gonſal. dict. Gloſſ. 5. n. 119. Martb. conſ. 26. n. 3. & ſeqq.* quare videbatur dicen- dum ex his fundamentis noviter

conſideratis, & urgentioribus juſ- tam eſſe ſententiam inferioris Sena- tus in favorem neptis filiaſe ſpurij legitimati inſtitutoris, quia eſt con- ſanguinea proximior, & ex melio- ri linea, quia ei conceditur præla- tio ad ſuccedendum ex *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 2.* & ex dictis indelibe- rationibus Senatus inferioris.

Sed his non obſtantibus diverſa eſt mens mea, & mihi videtur ma- ioratum ad uxorem aggravantis cum fructibus eo modo, de quo infra, pertinere, quia eſt proximior con- ſanguinea legitima, cui devoluta fuit ſucceſſio; nam in hac materia 20 ſucceſſionis maioratus primum lo- cum habet voluntas teſtatoris, ſe- cundum quam, judicanda venit ſucceſſio *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 3.* & cum per illam excludantur ille- gitimi, et eorum ſcendentes, quia vocantur ad ſucceſſionem legitimi, et de legitimo matrimonio nati, ut apparet ex inſtitutione fol. 10. ibi *outrò filho, ou filha legitimo naſci- do de legitimo matrimonio;* ex hac vocatione manent excluſi illegitimi eorum ſcendentes, licet legitimi ſint, atque ita aggravata manet ex- cluſa, quanvis legitima, quia eſt filia ſpurij, nam legitimi, qui ab illegitimis procedunt non compræ- henduntur, nec ullo modo compræ- henſi cenſeri debent ſubvocationi- bus, et ſubſtitutionibus, quibus legitimi filij, aut ſcendentes vo- cantur, nam cum radix et propa- gatio ſit infecta, eodem modo ra- muſcili, et palmites dicto vitio laborant. *Paul. de Caſtr. conſ. 19. n. 20. vol. 3. Menoch. conſ. 172. n. 8. Phæb. 1. p. deciſ. 45. n. 15. & ſeqq. Corn. conſ. 200. n. 8. lib. 4.* ubi non habent locum, nec perſo- nam, *Surd. deciſ. 249. ſub. n. 8.* ubi quod omni beneficio legis ex- cluduntur, quia ſunt ex radice in- infecta.

Indè est, quod sicut nullum jus agnationis, vel cognationis in spurio reperitur, quatenus ad successiones spectat *L. si spurius 4. Cod. unde cognati Nogueros. allegat. 28. n. 68.* ubi quod nec de familia sunt, nec nomen consanguineorum merentur licet sint legitimi ut n. 69. ita nec descendentes legitimi ab ipsis spurii dicerentur juncti aliquo vinculo avo, nec de ejus domo *Cast. conf. 19. n. 29. & 30. vol. 3.* immo prædicti spurii, et etiam descendentes legitimi ex eis dicuntur prorsus extranei avo, et aliis descendentes *Bald. in L. fin. n. 1. Cod. de natur. liber. & conf. 192.* circa finem.

Et nullo modo compræhensi censerentur debent subvocationibus, quibus descendentes vocantur, ex persona propria in maioratu succedere possint ut ex *L. fin. Cod. de natur. liber. liber. eleganter resolvit Cast. lib. 5. contr. cap. 103. n. 12. & 13. & seqq.* ubi multis rationibus comprobatur, et ultra eos, quos refert *Decius conf. 85. n. 7. in fin. vers. ult. in 4. dubio* ibi breviter concludendum est, quod D. Ulysses ad bona de quibus agitur venire non potest, quia originem trahit ab alio, D. Ulysses antiquiori, qui spurius fuit, ut narratur, et clarum est, quod si ipse viveret succedere non posset, cum esset spurius, qui nullo modo ad successionem admittitur *Auth. ex complexu Cod. de incert. nupt. L. si spurius ff. unde cognati* ita pariter dicendum est in isto casu, quanvis ipsa ex legitimo matrimonio procreata sit; cum multis *Ciriaco. contr. 8. n. 84. cum seq. & contr. 9. n. 56. 96. & 133. Mierr. de maiorat. p. 2. q. 2. n. 17. 21. & 128. Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. n. 42. & cap. 3. n. 3.* ubi loquitur de legitimo *Tiraq. de jur.*

primog. q. 12. n. 33. cum seqq. eleganter. Abb. in cap. causam qui filii sint legitimi n. 3. & in cap. labor. n. 2. eod. tit. Gom. decis. 11. n. 5. cum multis Rox. de incompat. macorat. p. 1. cap. 6. n. 110. & 111. ubi etiam asserit procedere, quando vocantur proximiores & n. 113. quando vocatur linea, ut in nostro casu *add. ad Reinos. obs. 64. ad n. 23. pag. 461. col. 1.* latè fundat, et iudicatum refert. *Leon. decis. Valent. 1. p. 3. n. 53. & seqq. Nogueros. allegat. 9. per totam & n. 16.* ibi quin utile esse possit de Hyeronimo del Campo, quod ipse, et pater ejus sint legitimi, nam ut compræhendantur in consanguinitate, et familia Doctoris del Campo debent derivari ab Antonio del Campo ejus avo, qui fuit illegitimus, et ideo ei obstat illegimitas *Geurb. de feud. §. 1. Gloss. 9. n. 15. Marin. lib. 1. quotid. cap. 97. n. 10. Cast. lib. 5. cap. 82. n. 42. & 43.* citatus pro parte aggravantis, et cum vitium illegimitatis sit reale totam lineam descendentium inficit, et cum semel illegitimus se interponit omnis ejus posteritas excluditur, ut per hæc verba concludit *Cast. dict. cap. 103. n. 12. & seqq. Larr. decis. 34. n. 63.*

Eodem modo non potest succedere in his terminis spurius legitimatus, nec ejus descendentes legitimi possunt succedere, quia institutor vocando legitimos, videtur habere odium filius, qui ex illicito concubitu nascuntur propter honorem et dignitatem familiæ, ex qua ratione non vocavit filium spurium existentem tempore institutionis, et etiam legitimatum ut constat ex illa, et hæc ratio, quæ movit dictum institutorem, videtur habere locum in omnibus descendentes ex ipso filio legitimo, qui illegi-

illegitime natus fuit, et per verba dicit *Mantic. de coniectur. ult. vol. lib. 11. tit. 12. sub n. 34.* idem tenet *Peregrin. conf. 42. n. 8. vol. 4.* ibi nec putent Actores, quia ipsi legitimi, et naturales de legitimo matrimonio nati habiles esse, quia cum descendunt à Domina Clara proavia paterna, naturali vel spuria legitimata per rescriptum, vitium istud quod obstat D. Claræ, si nunc in humanis esset, et ageret, obstat pro nepotibus ipsis, quanvis legitime natis *Add. ad Reinos. obs. 64. ad n. 23. ad fin. pag. 451.* ibi excluso legitimato dicitur exclusus filius suus legitimus, nam legitimations in hoc Regno non sunt vere legitimations, sed tantummodo dispensationes, ut tenent *multi citati a Peg. in com. ad Ord. tom. 2. ad tit. 3. cap. 1. n. 10. & seqq.* et non faciunt filij vere legitimi sed per fictionem §. filium vero in *auth. quib. mod. natural.* ibi quadam machinatione, et non veniunt appellatione legitimationum, quia legitimatio alchimix similis est, ea nanque effecit, quod est aurum appareat, non tamen vere ex ære alerum facere, ut inquit *Bald. in cap. 1. de const.* atque ita legitimati non admittuntur ad maioratus successionem, ad quam vocantur legitimi *Molin. de primog. lib. 3. cap. 4. & seqq. Menoch. conf. 173. n. 76. Alter. Molin. de iustit. disp. 174. Grac. de nobilit. Gloss. 21. n. 20. Add. ad Molin. dict. cap. 3. n. 3. usque 10. Fusar. de substit. q. 408. n. 8.*

Nec excludit proximiores legitimos, ut est aggravans *Gracian. cap. 673. Robles de represent. lib. 2. cap. 9. per tot. Molin. dict. cap. 3. n. 3. usque 10. Phab. 1. p. decis. 97.* cum eleganter addit ad *Reinos. obs. 33. n. 10. pagin. 221.* Nec etiam quando vocantur legitimi, succedunt le-

Pars III.

gitimati in maioratu, ut multis citatis resoluit *Rox. de incompat. maiorat. p. 1. cap. 6. n. 69. & seqq. Mend. in prax. p. 2. lib. 1. cap. 2. n. 3. cum multis Reinos. obs. 33. n. 10. & seqq. & ibi Add. pag. 222. ex Fusar. Larr. Cald.*

Hæc etiam exclusio aggravata descendens à dicto spurio, et spurij probatur evidenter, ex ratione institutoris, qua motus fuit ad maioratum instituendum, de qua institutione fol. 10. in appendice A. ibi *para hum morgado, que de novo quer fazer, para memoria, e cabeça de huma geração & fol. 13. & 14. ibi para que ficasse memoria delle instituidor,* ex quibus verbis manifeste apparet exclusum esse filium spurium jam legitimatum, ejusque descendentes natos cum institutor haberet dictum filium spurium jam legitimatum, & dictam filiam spuriam primo loco vocatam, noluit vocare nec nominare filium spurium, nec de illo fecit mentionem, nec cogitavit ad successionem, nec præsumitur voluisse institutorem de illo ad hunc effectum cogitasse de spurio in peccato concepto per *tex. in L. generaliter §. cum autem Cod. de instit. & subst.* ubi in fortioribus terminis filius naturalis fuit hæres institutus, & gravatus si sine filiis descesserit, & nihil omnibus respondit Imperator filium naturalem non excludere substitutum, quia de illo locutus non fuit, & conceptus erat in peccato, & ideo solum potest succedere illegitimus, quando vocatus est ex notatis à *Cald. de nominat. q. 19. n. 16. & q. 20. n. 3. Flor. ad Gam. decis. 2. n. 1.* atque ita ut Literatus sicut erat institutor non declaravis generationem, quæ vocanda erat, sed generaliter, locutus fuit de memoria unius generationis ibi *ibi para me-*

moriam

memoria de huma geraçãõ, in quibus verbis non potest considerari affectio spurij *L. Titius ff. de suis, & legit. heredib. Menoch. cons. 286. n. 16.* Sed tantummodo generationis vocatæ, de qua caput non poterat esse spurius de quo non fecit mentionem, nec etiam eorum descendentes, & hoc generationis caput, & memoriæ constituit in filios legitimos spurix vocatæ, tum quia illa finis familiæ, & generationis paternæ erat, et generationis, et memoriæ alienæ principium *L. pronuntiatio in fine juncta Gloss. ff. verbor. sign.* et ideo non locutus fuit de sua generatione, sed de una generatione ut patet ex verbis, *para memoria, e cabeça de huma geraçãõ.*

21 Tum etiam quia facta institutione in spuria incepit institutio, & illius caput memoriæ in secundo gradu nepotis, ut interminis institutionis factæ in spuria, & quod incipiat in secundo gradu nepotis legitimi tenet *Bart. in L. 3. §. fin. ff. liber. & potest. & nontant. omnes Bald. Imol. & ceteri, & idem Bart. in L. gaius §. quod si his ff. eod.* Et cum voluntas institutoris colligatur ex verbis illius, ut est *text. in dict. L. Galus §. quidam recte eodem tit. ibi qui ex verbis consequi possit Valasc. Consult. 171. n. 7.* manent exclusi spurii eorumque descendentes, quia in spurio non potest conservari familia, nec generatio, nec memoria, nec nobilitas. nec caput domus *Bald. in L. fin. cod. verbor significat. Tirraq. de nobilit. cap. 15. n. 5 & 12. & multis citatis tradit Reinos obs. 33, n. 6. & seqq. & obs. 53. n. 12. & seqq.* Et cum fæmina spuria fuisset finis generationis paternæ, & in illa inciperet generatio mariti, ideo institutor dixit verba supra dicta, *para memoria, e cabeça de huma geraçãõ,* quæ generatio erat aliena ex parte

mariti filiæ, quam postea dotavit ad hunc effectum ut apparet ex scriptura, & ex eadem institutione fol. 146. *E o naõ deshonrasse, & ibi nem casasse contra sua vontade, & cum contraxisset nuptias concessit ei facultatem nominandi filium aut filiam de legitimo matrimonio, in quo inciperet caput generationis, & principium memoriæ unius generationis, de qua locutus fuit in proximo; & causa instituendi maioratum, & iste filius sequebatur familiam patris, in quo principium habebat generatio, & memoria illius ibi de huma geraçãõ, & non de sua generatione, de qua erat finis familiæ fæmina, & per matrimonium erat principium alterius familiæ, non vero spurius, quia in illo semper durabat macula patris, et non familia, nec memoria, nec generatio, ut tenet idem *Reinos. obs. 33. n. 6. & seqq. & obs. 53. n. 12. & seqq.* Et ideo fuerunt vocati legitimi exclusi filius spurius, et ejus descendentes, qui non possunt succedere licet legitimati, ut dictum manet, sed solum consanguineus proximior legitimus, et vocatus ex linea administratoris, ut constat ex institutione fol. 10. qualis est aggravantis mulier; et non est spurius ex *Reinos. dict. obs. 33. n. 7. in fin.* Nec comprehenditur in aliqua dispositione nisi expresse de illius fiat mentio, nec in maioratu censetur vocatus, nec in nostro casu in quo institutor fecit maioratum ad conservationem memoriæ, et caput unius generationis, quæ per spurium non conservatur, sed potius extinguitur, et sordescit, ut in nostris terminis, tenet, et concludit *Reinos. obs. 53. n. 27. et 29.* omnino videndus, quia loquitur in memoriæ, et generationis conservationem de qua loquutus fuit noster institutor fol.*

10. et idem dicendum esse in descen-
dente, iudicatum refert *Leon decis.*
1. Regni Valent. p. 3. n. 53. cum seqq.

Atqui ita non potest succedere
aggravata in maioratu avi, qui eam
non vocavit, nec patrem suum spu-
rium, ut in fortiori casu est retx.
in L. fin. Cod. de nat. liber. ibi. Sed hoc
in his tantummodo sancimus in qui-
bus voluntate aliqua consequenti
sunt iura, et enim ab intestato in
avi successione, nemini eorum pe-
nitus aperimus *Gom. L. 9. Taur. n.*
7. ubi eleganter Ciriac. contr. 8. n. 17.
ubi loquitur in nepote legitimo. Nec
etiam potuerat succedere ultimo
possessori transversali *Auth. quib.*
mod. efficiantur sui §. filium vero qui
loquitur in legitimo ibi. Sancimus enim oblationem Curia naturaliter filium solum modo patri legitimum fieri successorem nullum tamen habere patrocini-um ad ascendentes, vel descendentes, aut ex latere agnatos, vel cognatos patris, aut illos alibi habere patrocini-um ad illorum successiones, et in spurio *L. si spurius ff. unde cognat. §. vulgo questitos instit. de success. cogn. Ciriac. contr. 8. & 9.*

Ex dictis manifeste apparet insti-
tutorem omisisse spurium filium jam
legitimum, et non solum illum
non vocasse, nec suos descenden-
tes, vel legitimos, sed etiam eos ex-
clusisse à successione maioratus ex
conjecturis evidentissimis à jure su-
pra relato opprobatis ex quibus ma-
net aggravata exclusio ac si expresse
fuisset exheredata, quia exclusio
probat, non solum quando ex-
pressa invenitur facta de aliqua per-
sona, sed etiam quando ex conjectu-
ris devoluntate institutoris consta-
re potest ut tenent *Castilb. lib. 3.*
contr. cap. 12. n. 41. & lib. 5. cap.
162. n. 10. cum aliis Rox. de incomp.
maiorat. p. 7. cap. 5. n. 72. 73. & 74.

Pars III.

de ratione, et ut sit exclusio tibi ex
radice in facto non potest succede-
re, sed pro mortua habetur *Valens.*
cons. 97. n. 122. ex ratione de qua
Molin. de primog. lib. 1. cap. 9. n. 29.
Et ita non potest succedere, nec li-
neam constituere, ut dicunt Sena-
tores inferioris Senatus *Larr. decis. 51*
n. 24. nec comprehenditur exclusio
in gradu *Larr. supra & n. 23.* nec
invocatione generali *L. coherendi §.*
qui patrem, & §. qui tres fratres ff.
vulgar. L. qui in testamento 37. §.
fin. ff. heredib. inst. Molin. de primog.
lib. 3. cap. 5. n. 1. Roxas de incompat.
maior. p. 2. alias 1. cap. 2. n. 45. Et fa-
cta in aliqua clausula de per se re-
fertur ad omnes gradus, et ad om-
nes vocationes, sive talis exclusio
opponatur in principio, sive in me-
dio, sive in fine, et non censetur
sublata ex generali vocatione, ut
tenet interminis *Greg. Lop. tit. 13.*
L. 3. de las successiones ab intestato
p. 6. mihi 89. q. 26. vers. si ibi, ex
ratione de qua Molin. de primog. lib.
3. cap. 5. n. 62. & 63. Ex quibus,
& aliis doctissime allegatis à doctis-
simo Collega nostro in rationibus
fol. 344. n. 39. & seqq. ubi sigilatim
his non consideratis, quod omnia
fundamenta ejusdem Senatus oppo-
sita respondit, sicut etiam cessant
noviter à me considerata in prin-
cipio, & valde urgentiora, tum
ex iam dictis, tum etiam ex late
consideratis à Castillo *cap. 103. per*
tot. & a Leon. decis. 1. p. 3. n. 53. &
seqq. Et solum super est responde-
re ad illud, quod exclusio ex ca-
pite speciali, recuperat ex vocatio-
ne generali, & ad alia de quibus
Rox. dict. p. 4. cap. 4. n. 40. & seqq.

Ad quod respondetur, quod do-
ctrina *Bal. in cap. studuisti allega-*
ta a Roxas ponit jus speciale con-
cessionis Papæ factæ cum certis
conditionibus non servatis omittæ,

C 2

& po-

& postea iterum concessa sine conditionibus, & comprehensa prima concessio, & tunc inquit Bald. quod id, quod perdedi ex uno capite speciali recuperō ex generalitate in quo includitur, quod nihil nobiscum pugnat, quia spurius non habuit vocationem nec concessionem, sed potius omissionem, & exclusionem, & ejus descendentes, atque ita non possunt comprehendī, *L. cum in fin. ff. de test. milit. §. mater inst. de hered. liber. ibi.* quantum ex hereditatio patris.

Minus obstat fundamentum *Rox. n. 43.* quod licet filius sit exclusus ex capite unde liberi, admittitur ex capite unde agnati, vel cognati ex iuribus ab eo allegatis responderetur enim *ibi* admittit filium ex secundo capite ad recuperandam, quod omisit ex primo, aut propter repudiationem, aut omissionem petendi possessionem intra tempus destinatum ex illo capite, quæ sunt causæ causatæ particulariter ab ipso filio limitatæ, & restrictæ ad illud caput, & nullo modo exclusivæ sequentium. Secus autem in nostro casu invenitur, quia non succedere spurius pater aggravatæ non fuit, quia noluit, aut omisit petitionem, sed quia invenitur exclusus tam ex primo capite filii, quam ex secundo consanguinitatis, & dictum successorium ædictum Prætoris nunquam exclusit, aut exheredans conceditur, ut in *L. non putavit §. Cod. de bonor. posses. contra tab.* Et cum resistat voluntati institutoris non potest succedere ex regula *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 3.* nec comprehendī in generali vocatione *L. lutiū Totius ff. legat. 2. glos. in L. si quis priore ff. ad Trebelh. verbo specialiter ubi notat Bart. surd. decis. 41. & ita concludunt verba tex. in L. Maxia ff. manum testam. ibi*

neque contextu verborum totius scripturæ, nec mentem testatoris eam esse, & cum institutor exclusisset illegitimos propter odium illegitimitatis, & vocasset legitimos de legitimo matrimonio, secundum eandem sententiam *Roxa in fine* caditis non posset specialiter exclusus, recuperare successionem ex capite generali consanguinitatis, & is, qui est odiosus testatori, seu maioratus institutori sub generali vocatione non comprehenditur, ut antea dixit Idem *Roxas de incompatibil. maiorat. p. 1. cap. 2. n. 45. cum multis aliis ab eo allegatis.*

His sic benè perpensis et sedulo considerato sententia inferioris Senatus revocanda venit et R. condemnandus ad maioratus restitutionem cum fructibus hac forma ad monasterium usque ad obitum Religiosi, cui fuit iudicata successio ad aggravantem ex tempore ipsius mortis usque tempus primæ uxoris, post illam ad uxorem suam cum bonis maioratus usque ad realem traditionem sic condemnato Reo, et exclusa aggravata. *Ulyssipone 23. Octobris 1680.*

Freire.
Cum quis defectum natalium ob illegitimationem patitur ad maioratus successionem regulariter non admittitur *Pereir. de Castr. decis. 14. n. 4. Flor. var. q. 16. §. 1. n. 6. Peregr. de fideicom. à 28. n. 4. Molin. lib. 3. cap. 3. n. 41.* ex ea ratione, quia non reputatur de linea recta ad succedendum in maioratibus *Mierr. de maiorat. p. 2. q. 2. n. 1. Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. n. 36. usque 49. & dict. lib. 3. cap. 7. n. 4. Gabr. Per. decis. 14. n. Phæb. decis. 92. Castll. lib. 2. cap. 30. n. 18. & lib. 5. cap. 67. n. 29. vers. ex quo distincti Noguevol allegat. 9. n. 24. & 25.*

Quod procedit respectu legitimi- 24

morum deſcendentium ipſorum illegitimorum, qui non admittuntur *Mterr. de maiorat. 2. p. q. 2. ex n. 18. cum ſeqq. Latiffime Caſtill. lib. 5. contr. cap. 103. per tot. maxime a n. 12.*

25 Limitatur tamen regula prædicta, cum illegitimus expreſſe, vel ſaltem ex indubitata conjectura admittitur *Flor. diſt. q. 16. n. 2. uſque ad n. 37. & in addit. ad Gam. deciſ. 24. in princip. Caſtilh. lib. 2. cap. 30. n. 18. & tit. 5. cap. 106. quos, et alios refert et ſequitur Add. Molin. lib. 3. cap. 3. n. 41. verſ. & adverſus: In noſtro caſu, quanvis pater appellatæ, filius ſpurius legitimatus inſtitutoris expreſſa vocatus non ſit in inſtitutione ex indubitata conjectura admiſſus dicendus eſt, quæ conſiſtit in eo, quod inſtitutor in ipſa maioratus inſtitutione primam inſtituit adminiſtraticem filiam ſuam æque illegitimam, et ſpuriam, ex quo non cenſetur proprios filios illegitimos odio habuiſſe, et à primordio illo hic poſterior cunctus efformandus eſt ſecundum *Bart. in L. ex factis §. ſiquis rogatus ff. ad Trebel.**

Quin aliquid poſſit obſtare, quod inſtitutor expreſſe vocavit ad ſucceſſionem maioratus legitimam deſcendentiam ipſius primæ adminiſtratricis, ex quo illegitima dicitur excluſa, et condemnata, quia nunquam poſteſt intelligi de filio illigittimo ipſius inſtitutoris, cum in quolibet diſpoſitione ſemper excepta cenſetur perſona loquentis *Aug. Barb. in L. jubemus 10. n. 6. Cod. Sacroſ. Eccleſ. quia nemo ſibi ipſi imperat, neque cogit Maſtrilh. de magiſtr. lib. 3. cap. 3. n. 75. Amaya lib. 1. obſ. cap. 1. n. 92. & ex eo, quod illegitimam ſobolem ſuæ ſobolis illegitimæ condemnet, non eſt dicendum ipſam ſuammet ſobolem illegitimam condemnaiſſe, quam expreſſe*

inſtitutam invenimus in filia, & tacite per indubitata conjecturam in filio æque illegitimo, & ſpurio; ſed legitimato, ex quo ad ſucceſſionem maioratus non invenitur in habilis, & cum appellata ſit filia legitima illius ſine dubio teneo, ſecundum maioratus inſtitutionem, ſuccedendam eſſe in dicto maioratu, et inferioris Senatus ſententiam confirmandam. Ulyſſipone 26. Decembris 1680.

Silva.

Primus diſſertiffimus Senator multa quidem ſcripſit in deſeſſo labore congeſta in excluſionem Mariæ; tanquam ex radice infecta progenitam, nimirum ex patre Michaele, qui inſtitutoris filius fuit ſpurius, et in clericatu ſucceptus, quæ tamen omnia mihi prætermittenda videntur, etenim ſi Antonium inſtituentis ex Catharina filia primo vocata, ne potem, ultimum poſſeſſorem maioratus de quo quæritur fuiſſe dicamus otioſum eſt de radice infecta diſputare, quia quo tempore Antonius ipſe diem clauſit extremam anno ſcilicet 1642. Michael Mariæ parens ſuperſtes remanſit ut patet fol. 88. atque ideo ſi in ſua perſona incapacitas ex ſpurietate contracta fuerat, maioratus ſucceſſio aliam quæſivit capacitate prædictam quin ad ejus filiam, quanvis legitimam tranſire poſſet: Si autem Monachum Benedictum verè ejuſmodi maioratus ultimum fuiſſe ſucceſſorem, et poſſeſſorem dicamus à fortiori non eſt opus Mariam ex fundamento in ſectæ radicis excluſdere, quippe eſt in conſeſſo plures alias extare perſonas, quæ linea, et gradu eam præcedunt, immo ipſa cum, quanvis legitima, ſuccepta non ſit ex illegitimo parente, nullo agnationis vinculo cum præfacto Benedicto ſit conjuncta, ſed veluti penitus extranea

extranea in jure censetur *L. si spurius ff. unde cognati §. vulgo quæsitos inst. de succes. cognat. Molin. Gam. Reinos. Geurb. & alii apud Portug. de donat. p. 3. cap. 18. n. 54.*

Ego igitur in negotio undique gravissimo, ut sententiam meam exponere valeam, illud in primis prænotandum duxi, nempe quod nobis jam non licet disceptare, an bona de quibus agitur sint maioratui subiecta, nam præter quam quod affirmativè judicatum fuit in sententia appendis, quæ in rem judicatam transivit, nostri collitigantes de hoc non dubitant, sed tantum de ejusdem maioratus successione disputant.

Deinde prænotandum etiam duxi, quod licet in præfacta appendicis sententia maioratus ipse Monacho Benedicto adjudicatus fuisset; hæc quidem sententia nostris colligantibus nequaquam nocere potest quippe qui in causa illa partes non fuerunt, neque in ea de successione inter ultimi possessoris consanguineos actum fuit, sed tantum inter memoratum Monachum, & ultimi possessoris hæredes, super quæstione illa; nam bona tanquam libera ad eos, vel potius tanquam maioratui subiecta ad Benedictum transissent.

Nunc ergo vix dicere tenemur super alia diversa nobis modo proposita quæstione, nempe an à tempore obitus Antonii maioratus Michaeli nostræ Mariæ parentem quævisset, vel potius Benedictum, aut alium quemcumque transversalem cognatum ex quo ad aggravantem ex uxorum suarum personis pervenisset?

Præmittendum etiam est institutorem filium spurium suscepisse Michaeli, quem non parum dilexisse videtur, ex quo cum legitimavit, et à Principe legitimari obtinuit, ceu cernitur in legitimacionis rescri-

pto originali, his actis adjuncto, quod exemplatum est fol. 51. vers.

Præmittendum etiam est eundem institutorem transacto circiter triennio maioratum condidisse ad quem Catharinam filiam æque spuriam vocavit sub illis conditionibus, quæ in institutionis instrumento sunt scriptæ in appendice fol. 8. cum seqq. tamen nullam penitus Michaelis fuit mentionem.

Denique præmittendum est, quod Catharina, quæ postmodum nupsit Francisco, filium ex eo suscepit Antonium, qui cum absque sobole decessisset, extincta, et evacuata omnino fuit ejus descendencia, sed tum temporis superstes existerat præfatus Michael institutoris filius spurius ab eo, et à Principe legitimatus, et existerant etiam alii consanguinei, omnes tamen ejusdem institutoris collaterales ex fratre, scilicet atque sorore progeniti, ut bene exponitur in arbore consanguinitatis fol. 344. vers.

Senatores inferioris aulæ (uno excepto) pro Maria Michaelis filia sententiam dixerunt, ex validissimis argumentis, quæ in aureis, et ad amussim elaboratis deliberationibus, luculenter exposuerunt fol. 266. & 283. Sed negari non potest eorum resolutionem dubiam reddi, ex iis quæ accerrime arguit doctissimus alter Senator, & quandam sodalis nostræ charissimus in egregia allegatione fol. 344. quam pro amico propria manu scribere non fuit dedignatus nec non et aliis, quæ in medium profert primus desertissimus dominus.

Mihi verò, ut, in presenti jurgio mentis sensum aperiam duas dividere quæstiones necessarium videtur.

Prima quæstio est utrum Michael institutoris filius spurius succedere potuisset in maioratu, quod morte Antonii ejusdem institutoris ex filia

etiam

etiã ſpuria ſuccepti , vocavit.

Secunda , utrum inſpectis inſtitutionis clauſulis , idem Michael exclusus , vel potius admiſſus videatur.

De prima queſtionem.

26 Agnoſco communiffimam eſſe Doctorem Hiſpaniæ reſolutionem, quod illegitimi non ſolum ſpurii, ſed etiam naturales , quanvis reſcripto Principis legitimati in maioribus non ſuccedunt , quanvis ad eos vocati non ſint filii aut cognati legitimi, ſed ſimpliciter filii, aut eleganter ex multis aliis tradit *Caſtilh. contr. quotid. lib. 5. cap. 106. n. 4. Phæb. p. 1. deciſ. 97. n. 10. & 11. Addent. ad Nolin. de primog. lib. 3. cap. 3. verſ. hæc receptior ſententia Rox. de incopat. maiorat. p. 1. cap. 6. n. 75.*

Verum iſtius modi reſolutionem locum non habere in legitimatis per legitimationem ab ipſo inſtitutore impetratam declaravit *Joan. Garcia de nobilit. gloſſ. 21. n. 28.* quem ſequitur *Caſtill. dict. cap. 106. n. 12. Addent. ad Molin. ubi proximè verſ. limitatur ſecundo Rox. dict. cap. 6. n. 84. et ſentit Phæb. deciſ. 97. n. 10.* cum ergo Michael filius fuiſſet inſtitutoris, qui eum per Princepem legitimari fuit, merito dicendum videtur , ad eum maioratus ſucceſſionem eſſe devolutam , et hoc eſt capitale noſtræ Mariæ , ejuſdem Michaelis filix argumentum , quo maximè ducti ſunt Portuenſes Senatores.

Acriter tamen inſurgit juris peritiffimus Dominus, qui aggravantem patrocinator dicens fol. 360. quod Joannes Garcia , et alii proximè laudati, qui eum ſequuntur de filiis legitimatis , ac proinde non poſſunt ad hunc caſum adaptari, tum quia in hoc Regno non dantur

27 verè et planè legitimati , quia legi-

mationes nihil magis ſunt , quam quædam diſpenſationes, cum et preſertim, quia in ſpuriis non poteſt cadere legitimatione, prout omnes notant , & percipue idem Garcia, ac proinde , quando ipſe poſtmodum dixit, quod legitimati per legitimationem ab inſtitutore obtentam in maioratu ſuccedit , non poſſe fieri legitimatos antea dixerat.

Hæc eſt præſtantiffimi jurisconſulti præcutiffima ratiotinatio , à qua adverſarius patronus non ſatis ſe expedit , ſed ea non obſtante, ego firmiter teneo ſuprapoſitam ſententiam , quam neceſſario accipiendam delegitimationibus noſtri Regni , & quoad filios ſpurios certiffimum habeo, & moveor quia ex eo legitima- 28 ti non ſuccedunt in maioratibus, exclusis cæteris cognatis , quia cum hi jus habeant quæſitum in inſtitutione, ad hoc ut ſuo loco, et tempore admittantur , inde fit , non poſſe Princepem per legitimationis reſcriptum eis prejudicium inferre; & hæc eſt potiffima concluſionis ratio , de qua pleniffimè *Molin. de primog. lib. 3. cap. 3. ex n. 10. cum multis ſeqq.* qui inde inferit, quod communis ſententia ſecundum quam legitimati reſcripto Principis excludunt ſubſtitutum. Sit intelligenda quando agitur de bonis, in quibus libera diſpoſitio ad patrem ſpectat , & ſequitur *Caſtill. dict. cap. 106. n. 12. verſ. Prima concluſio.* Ceſſat ergo manifeſtè iſtiusmodi reſolutio , ejuſque fundamentalis ratio , quoties inſtitutor ipſe legitimationem impetravit, quippe profecit ad bona , quorum liberam habet diſpoſitionem, & in tempore , quo nemo ex cognatis jus quæſitum habet.

Quanvis igitur ſpurii nunquam verè legitimati , ſed tantummodo diſpenſati dicantur, & quanvis etiam in noſtro Regno non dentur legitimatione

mationes, sed quædam dispensationes: attamen cum ab ipso institutore, qui de bonis libere disponere potest impetratæ fuerint, rectè sequitur, legitimatos habiles reddere ad eorum successionem, atque ita quavis Joannes Garcia, cæterique alii id expressè non dicerent, sufficeret generalis aliorum Authorum conclusio ab eisdem declarata, ut non procedat in bonis de quibus impetrans disponere potest, et facit aperte clausula expressa in legitimatione, quæ legitimatum habilitat ad maioratus successionem, & eam, ut aliquid operetur, necessario intrante instituligendam demaioratu ab ipso impeto, cum multis declarat *Portugal de donat. tom. 1. p. 2. lib. 1. cap. 16. n. 23.*

Ex quibus sequitur decisionem Senatus apud *Phæb. decis. 97.* generaliter non posse sustineri, sed tantum ex speciali aliqua ratione, ea præsertim, quam tradit *n. 28. vers. accedit*, unde taxandus venit noster Pegas, qui eam generaliter accepit, & laudat ad *Ord. lib. 1. tit. 3. §. 1. n. 210.* Præcipue autem taxandus venit, ex eo quoniam in *n. 211. 212. & 213.* excitat quæstionem de maioratu antiquo, cuius possessor, non quidem institutor legitimationem pro filio illegitimo impetravit, & ait quod istiusmodi filius succedit, & excludit cognatos, immo & fratres parentis secundum notabilem Senatus nostri decisionem apud *Gam. decis. 278.* quem sequitur *Phæb. p. 2. decis. 172. ex n. 16. usque ad 19.* ubi etiam iudicatum refert. Si ergo Pegas in casu longe dubitabiliori qualis est, quando non ipse institutor, sed quidam ex possessoribus legitimationem impetravit, cum tamen ipse de bonis libere disponere non possit, quæ juris ratio eum impellere potuit, ut contrarium,

in legitimatione ab ipso institutore impetrata diceret? Unum tamen magnopere substantiale noto priusquam hinc abeam, nimirum quod si vera est sententia *Gama, Phæbi* atque *Pegas*, qui absoluti legitimatum admittunt, etiam si à possessore, & non à primo institutore legitimatio sit impetrata securius est omnino nostræ Mariæ jus. Ego certe quanvis eam amplecti modò non audeam probabilem tamen agnosco præcipue stante nostri incliti Senatus autoritate.

Pro Maria etiam, ejusque parente Michaeli facit sententia eorum, qui tenent, quod in successione maioratus succedit filius naturalis, non solum quando deficiunt collaterales legitimi fundatoris, sed etiam, si extent dummodo deficiant descendentes legitimi prout ex *Farinac. Greg. Lop. Augul, & Azeved. tradet larræa decis. 32. n. 37.* At verò in presenti licet Michael non fuisset fundatoris naturalis, sed spurius filius, factus est, per legitimationem plusquam naturalis, unde non extantibus aliis descendentes, magis ut ipsi successio sit delata & ex eo ad ex eo ad filiam.

Denique naturalis filius in maioratu succedit, si primo vocatus naturalis etiam fuit, quia cum ista qualitas in hoc non sit reprobata, præsumitur in aliis non reprobata *Jason Rip. Palæot. Cald. & Mierr. apud Rox. de incompat. p. 1. cap. 6. n. 123.* ergo similiter in nostro casu Michael spurius legitimatus, ejusque soboles excludi non debet, cum Catharina primò vocata spuria etiam fuisse, & hæc de prima quæstione: veniamus ad secundam.

De secunda quæstionem.

Cum ex juris despositione Michael Mariæ parens ad instantiam
insti-

inſtitutoris legitimatus habilis factus fuiſſet ad ſucceſſionem maioratus ſibi & poſteritati ſux adjiciendam, ut in prima quaſtione oſtendimus, ſuperest ut modo videamus, an ſaltem ex clauſula aliqua inſtitutionis eius excluſio deduci poſſit.

Et in primis illud ſe offert, quod cum inſtitutor filii, quem legitime fecerat oblitus non cenſeatur: at tamen nullam omnino in inſtitutione eius fecit mentionem, ſed penitus cum pertermiſit, & prætervixit, neque ullo in caſu, vocavit, aut ſubſtituit, ex quo non levis reſultare videtur conjectura, quod eum ejuſve deſcendentiam admittere noluit. Sed hoc argumentum retorquetur, quia etiam aliorum cognatorum fratrum, ac ſororum, nequaquam meminit, atque ideo non invenio rationem cum in defectum filia primò vocata, ejuſque ſobolis, potiùs ad cognatos remotiores, quam ad filium devolvatur ſucceſſio, eo præſertim, quoniam ante inſtitutionem virtute legitimationis capacem reddiderat.

Uterius inſtitutor ipſæ filia facultatem eligendi ſucceſſorem conceſſit inter filios: Addidit tamen fol. 10. in appendice, quod ſi filios non haberet: *Podera nomear hum herdeiro mais chegado da linha do administrador do morgado, & iterum fol. 12. e naõ cumprindo o dito poſſuidor por eſpaço de tres annos como aſſima dito perdera o dito morgado, e ficara excluindo delle, ao parente mais chegado da linha direita delle Abbade lho podera tirar.*

At verò hæc repetita, & geminata linea vocatio, ut in potiori ſignificatu accipiatur, deſcendentes tantum inſtitutoris comprehendit *Mench. conf. 117. n. 9. & lib. 4. præſumpt. 88. n. 11. Peregrin. de fideicom. art. 22. n. 24. & conf. 11. lib.*

Pars III.

2. *Fuſar. de ſubſt. q. 345. n. 2. noviſſimè Carol. Anton. de Luc. tract. de linea Legal. art. 15. ex n. 1. ubi n. 33. quod etiam comprehendit naturales, & licet declararet, non comprehendere ſpurios, hæc declaratio Michaeli non nocet, quippe qui tam ex voluntate inſtitutoris, quam ex Principis voluntate legitimatus jam fuerat, & ex legitimatione pluſquam naturalis, & quaſi legitimus effectus.*

Neque obſtat inſtitutorem, qui facultatem conceſſerat eligendi, ſe reſtrinxiſſe ad filium legitimum ex legitimo matrimonio fol. 10. in appendice ibi: *E a peſſoa que elle nomear (ſcilicet o inſtituidor) nomeará outra, filho, ou filha legitimo nascido de legitimo matrimonio, qual quizer.* Reſpondent nanque & bene Senatores inferioris aulae cum verbis immediate ſubſequentibus. ibi: *E naõ tendo filho, nem filha de legitimo matrimonio, poderá nomear hum herdeiro mais chegado da linha do administrador deſte morgado.*

Cum enim primo, perſona, quam inſtitutor vocare disponebat, & in eadem inſtitutione vocaſſet, eſſet filia fæmina oportuit facultatem eligendi ad legitimos tantum reſtringere, non naturales aut etiam ſpurios comprehendere velle videntur, quippe cum inhoneſtas in fæminis ſit magis reprehensibilis & ignominioſa voluit inſtitutor filiam, tantquam certum cognoſcere, non poſſe filios, ſiquos extra matrimonium ſuccepiſſet ad maioratum eligere poſſe; argumento eorum, quæ in longe fortioribus terminis tradunt *Bart. in L. heredibus 77. §. ult. n. 1. ff. ad Trebel. Caſtilh. lib. 5. cap. 82. à n. 36. Fuſar. de ſubſt. q. 406. à n. 39. late Rox. de incompatib. p. 1. cap. 6. à n. 116.*

At verò filia ipſa abſque ſobole decedente

D

decedente diversi modo & facultatem concessit, scilicet, ut eligere posset heredem de familia, & cognatione sua, quanvis illegitimum; quod equidem in casu presenti facilis admitti debet: quoniam institutor quantum in se fuit, filium Michaellem legitimaverat, & habilem omnino reddiderat, atque ita quoad se & maioratum à se institutum haberi debet tanquam, si ex legitimo matrimonio susceptus fuisset, sui in ipsa legitimatione expressè continetur: immo cum filiam æque spuriam legitimatam primò vocasset, eandem qualitatem in alio filio non censetur odisse *Roxas dict. cap. 6. n. 123.* quem jam supra laudavimus.

Quæ omnia cum respectu Michaelis ipsius spurii evidenter urgeant, fortius etiam urgent respectu Mariæ ejus filia legitimatæ, unde merito maioratus successio ei in Senatu fuit adjudicata. Ulyssipone 16. Februarii 1681.

Lopes. Oliveira.

30 Excellentissimes Dominus pariterque, Illustrissimum D. Alphonsus de Barcellos filius naturalis Regis Alphonsi hujus Regni primi, & Dux Brigantiæ contraxit matrimonium, cum Domina D. Britis Pereira, filia Comitis D. Nonis Alves Pereira, ex quorum nuptiis natus fuit Dominus Alphonsus Episcopus Eborensis, & habuit filium naturalem vocatum D. Franciscum Portugal primum Comitem do Vimioso, de quo loquitur D. Luis Salazar, e Castro in libro intitulo *Historia Geologica de la Casa de Silva lib. 8. pag. 251. cap. 3. & pag. 297. cap. 14. & lib. 9. cap. 2.* Qui fuit hæres patris cum facultate disponendi institutus, & in eadem charta iste talis comes cum comitissa uxore sua instituerunt maioratum ad eodem filios legitimos, & sotoris cum clausulis

ordinariis, & post illos extinctos, invitarunt ad illius successionem Bastardi, & naturales Comitis institutoris expossessionis, & illis non existentibus vocaverunt consanguinei proximiores, ex parte Comitis, in forma sequenti.

E neste caso quando os ditos instituidores morressem sem filhos, nem filhas, nem descendentes dentrambos, disse o dito Senhor Conde, que deixava este seu morgado à dita sua filha Dona Guiomar Condeça da Vidigueira, livremente sem pagar quanto à parte do dito Senhor Conde renda alguma ao dito Mosteiro, nem a outra nenhuma pessoa, e por morte da dita Condeça da Vidigueira sua filha virá ao seu filho mayor barão, natural, e legitimo seu neto delle instituidor, e da hi por diante a seus descendentes pela ordem, e condições assima, e abaixo contheudas, e porém sendo caso, que o dito Senhor Conde instituidor morra sem filho dentrambos, nem descendentes delles, e bem assim sem a dita Dona Guiomar Condeça da Vidigueira sua filha, nem descendentes della, em tal caso manda, que o dito Mosteiro de Santa Catherina, haja em cada hum anno porquem herdar este morgado, outros trinta moyos de renda cada anno, pelos rendimentos dos bens da dita sua terça, que serãõ assim sessenta moyos com os trinta da dita Senhora Condeça sua mulher, e neste caso derradeiro, convem a saber, que não havendo filhos, e descendentes dentrambos, nem havendo a dita Condeça da Vidigueira sua filha, nem descendentes della, mandaraõ, e ordenaraõ ambos elles ditos Senhores instituidores, que este seu morgado de ambas as suas terças, e vã, e o haja o filho natural do dito Senhor Conde, se ahí houver barão, e não havendo barão natural, venha

ao filho bastardo delle dito Senhor Cõde ſeo houver, e não havendo, quer que venha à filha natural delle dito Senhor Conde, e não a havendo, quiſeraõ que venha à filha bastarda delle dito Senhor Conde ſe a houver, e dahi por diante tornarã aos barões legitimos, e naturaes, ſegundo a fórma, e ordem, e condições aſſima, e a baixo declaradas, e não havendo filho, nem filha naturaes, nem bastardos, quiſeraõ, e ordenaraõ em tal caſo que haja o dito morgado dambos o parente mais chegado, maior, baraõ legitimo natural da parte do dito Senhor Conde inſtituidor por linha, e geraçã, e não por linha, e geraçã della Senhora Condeça inſtituidora, e achando ſe dous em igual grã, que o ſeja o mais velho delles, baraõ natural, e legitimo, e em defeito de baraõ, a femẽa natural, e legitima maior, e eſta ordem de ſucceder ſobredita mandaraõ, que ſe guarde em todo inteiramente, quando os descendentes delles inſtituidores, que eſte morgado ſuccederem, e herdarem morrerem ſem filho, nem filha, nem nẽto, nem nẽta, nem outro descendente, porque mandaraõ, e outorgaraõ, que iſſo meſmo haja o dito morgado o filho natural do poſſuidor, ſe o houver baraõ natural, que venha a filho bastardo &c. como a cima he contheudo.

Habuit hæc maioratus erectio, effectum, & ex dicto matrimonio Comitum D. Franciſci natus fuit D. Alphonſus de Portugal, qui habuit D. Luis de Portugal primogenitum, & D. Nuno Alves Portugal, & alios: ex D. Luis procreatus extitit D. Alphonſus de Portugal, ex illo D. Miguel de Portugal ultimus poſſeffor maioratus, qui abſque legitimis descendentibus e vita deceſſit, relicto tantum uno filio bastardo vocato D. Franciſco de Portugal, cui Rex noſ-

Pars III.

ter invictiſſimus dedit omnia bona coronæ, & ordinum, & titulum Comitum do Vimioſo, & Comitum conſanguinei, vulgõ Conde parente, ad hoc ut in illo conſervaretur memoria ſuorum aſcendentium, & domus ſuæ, & cum legitimavit, & ingreſſus fuit maioratum poſſeſſionem, in qua conſervatus, fuit citatus ad bona demittenda ad inſtantiam Comitum de Aveiras descendens ex D. Nonio Alves de Portugal frater ſecundi poſſeſſoris, eo prætextu quod eſſet legitimus, & in clauſula relata vocatus primo loco, & non bastardus penitus exclusus, eo exiſtente, & ita oblatus libellus contra Comitum, litem continuavit, & pendet in iudicio Prætoris curialis.

In hac controverſia videbatur dicendum, & reſpondendum ad favorem Comitum legitimi, & tranſverſalis ultimi poſſeſſoris, & in bastardi exclusionem; ſecundum voluntatem inſtitutoris, qui poſtquam in primis clauſulis vocavit ejus filios, nepotes, & alios legitimos ſuos, & filiarum descendentes; conſiderando quod poterat deficere ejus descendencia, per lineam legitimam, & naturalem, in aliis poſterioribus clauſulis, vocavit naturales, & bastardos illius Comitum inſtitutoris, & ultimi poſſeſſoris; & ita dicendum videtur, descendentem bastardum tantum ab inſtitutore fuiſſe vocatum, in defectum legitimorum descendentium; ut in ſpecie arguit *Leon dec. Valent. i. 3 p. n. 67.* & ita cum Comes de Aveiras fit legitimus descendens ex inſtitutore, venit includendus, & bastardus excludendus; ut fundat *d. Leo. d. n. 67. & ſeqq. & nos late diximus cap. 20. per tot.*

Et ita illegitimus non poteſt ſuccedere extante legitima ſobole;

- ut tenet *Leo d. dec. 1. n. 122.*
- 31 Spurius enim, & bastardus non est agnatus, nec talia jura agnationis conservat, sed potius destruit. *L. spurius, 4. ff. unde cognit. cum Leo d. dec. 1. n. 54. & seqq. ad multa Roxas de incomp. p. 1. cap. 6. n. 106.*
- 32 Ideoque bastardus, & spurius, non dicitur de familia, nec de domo *Leon. d. dec. 1. n. 61. in fine, & n. 59. Barb. vot. 98. n. 43. Roxas de incomp. maior. p. 1. cap. 6. n. 131. & ibi Add.*
- 33 Nec comprehenditur in relicto agnatis, aut agnatione *Leo d. dec. 1. n. 60. & quare Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. n. 45. Barb. vot. 98. n. 43.*
- 34 Igitur bastardi, & spurii non possunt portare arma patris, & prohibentur habere illius honores, & jus patronatus, *ex eod. Leon d. dec. 1. n. 62. Aug. Barb. vot. 98. n. 43. Roxas d. p. 1. cap. 6. n. 131. & ibi Add.*
- 35 Et non vocantur de linea. *Roxas de incomp. p. 1. cap. 6. n. 106. Aug. Barb. app. 135. n. 22.*
- 36 Atque ita bastardus, & spurius, licet filius ultimi possessoris non potest succedere, sed potius legitimus vocatus in prima parte, ut descendens institutoris, & non bastardus, licet filius vocatus sub conditione si defecissent descendentes, & cum igitur non deficiant, sed existant non potest succedere bastardus subsidiarie vocatus, & sub dicta conditione si descendentes institutoris legitime non existerent, & cum existant tempore mortis ultimi possessoris defecit conditionis purificatio. *L. non est sine liberis ff. verbor. Mant. de conj. etu. lib. 11. tit. 6. n. 8. Portugal de don. reg. lib. 1. p. elud. 2. §. 2. n. 126. Reinos. obser. v. 64. n. 19. Cassan. cons. 2. n. 41. & cons. 4.*
- Et cum d. Comes sit descendens institutoris, & positus in conditione, censetur vocatus ad successionem ac si expresse substitutus fuisset.

set. Molin. de primog. lib. 1. cap. 6. n. 2. & 3. Castil. lib. 4. contr. cap. 9. n. 73. Add. ad. Molin. sup. Crespo de Valdaur. obser. v. 19. & 20.

Et vocatus unus, censentur vocati omnes ab illo descendentes *Lara de vit. homin. cap. 330, n. 100. Fontanel. dec. 35. n. 15. Amat. var. resol. 1. n. 29. & 52. Roxas de incomp. p. 5. cap. 4. n. 26. & seqq. & ibi Add. n. 21. & 22. Crespo obser. v. 20.*

Maximè quando verba sub quibus vocatus fuit bastardus sunt relativa ad superius dicta, quo casu repetunt omnes substitutiones superius expressas in linea descendentium, ut tradit *Vela. dissert. 49. n. 108. optime Cassanet. cons. 33. n. 3. Aug. Barb. claus. 67.*

Et erit absurdum excludere legitimum descendentem institutionis vocatum, & admittere bastardum, ut in specie tradit. *Ex Dec. Peregrin. de fidei commiss. art. 11. n.*

Et ita non obstat vocatio subsidiaria bastardi ultimi possessoris vocati, deficientibus descendentes legitimis licet transversalibus, quia cum existant non censetur vocatus, sed legitimus, ut in fortiori casu notant DD. quos refert, & sequitur doctiss. *Aguil. in add. ad. Roxas de incomp. p. 1. cap. 6. n. 112. & 113. & in prætermis. & in terminis Nos. diximus cap. 20. n. 356. & n. 527. & n. 649. & quare n. 510. Cast. lib. 5. cap. 98. n. 22. in fin.*

Et cum spurius, & bastardus ex juris dispositione censetur exclusus, ut diximus cap. 20. non potest succedere nisi in casu specifico vocationis, quia ille qui aliàs ex juris dispositione ad successionem maioratus non erat admittendus; si tamen in aliquo casu ex testatoris dispositione vocetur, extra suum casum admitti non potest, *ut diximus tom. 2. cap. 19. n. 57.*

Et secundum hanc partem, & opinionem iudicatum fuit in causa sequenti.

No feito do Marquez das Minas com Joaõ de Almada de Mello, Escrivãõ Domingos Luiz de Oliveira se deo a Sentença seguinte.

Vistos estes autos &c. Mostra se por parte dos AA. que D. Jorge Tello, e sua mulher D. Izabel Mascarenhas, instituirãõ hum morgado regular da sua quinta de Villar de Frades, sita no Termo da Villa de Palmella, com outros maes bens annexos ao dito morgado: Mostra-se succeder no dito morgado D. Joaõ Tello filho mais velho dos ditos instituidores, o qual foy cazado com Dona Catharina de Menezes, dos quaes foy filha mais velha Dona Catharina de Menezes, que foy cazada com Pedro de Mendonça Furtado, e do dito Matrimonio nasceo Francisco de Mendonça Furtado seu filho mais velho, que foy possuidor do dito morgado. Mostra-se que a A. Dona Mayor de Mendonça, he filha natural, e unica que ha do dito Francisco de Mendonça Furtado, e legitimada para haver de succeder em todos seus bens, e no morgado da contenda a quem toca a successãõ por quanto o dito seu pay foy condemnado em pena capital, e os RR. je meterãõ de posse do dito morgado intruzamente não lhe tocando a dita successãõ, mas a ella A. unica descendente do primeiro chamado, e chamada outrossi pela instituiçãõ, e que devem ser condemnados restituãõ a ella A. os ditos bens com todos os frutos da indevida occupaçãõ até real entrega. Por parte dos RR. se mostra, que o instituidor do morgado de que se trata D. Jorge Tello, que hoje se chama do Rego da Agoa, e no tempo da instituiçãõ se chamava de Villar de Frades, teve por seu filho mais velho a D. Joaõ Tello de

Menezes, que foy possuidor do dito morgado, e entre as filhas que teve foraõ Dona Catharina de Menezes, e Dona Maria da Sylva de Menezes. Mostra-se que da dita Dona Catharina de Menezes nasceo Francisco de Mendonça Furtado, que foy condemnado pelo crime de leza Magestade, e se fez execuçãõ em sua Estatua em Treato publico, e não podia a A. sua filha natural succederlhe. Mostra-se, que da dita Dona Maria da Sylva de Menezes filha do dito primeiro possuidor D. Joaõ Tello de Menezes, nasceo de legitimo matrimonio D. Francisco de Souza Marques das Minas, do qual nasceo o R. Marquez das Minas a quem toca a successãõ do dito morgado. Mostra-se ultimamente, que sendo o morgado instituido por fidalgos de tanta qualidade não pôde a A. ter nelle intrancia por ser filha natural havendo descendentes legitimos do dito primeiro chamado, não obstante a clauzula da instituiçãõ fol. 6. por ser essa vocaçãõ dos bastardos condicional no caso que D. Joaõ Tello filho mais velho não tivesse filhos legitimos, e tendo-os como teve as ditas duas filhas de que o R. descende, ficou cessando a vocaçãõ dos bastardos, que só foy em falta do descendentes legitimos, e que deve ser absoluto. O que tudo visto, e o mais dos autos disposiçãõ de Direito neste caso, e como posto que por parte da A. se prove ser filha de Francisco de Mendonça ultimo possuidor do morgado da contenda descendente de Dona Catharina de Menezes, filha mais velha do primeiro chamado D. Joaõ Tello filho mais velho do instituidor D. Jorge Tello, com tudo he a A. filha natural, e não legitima do dito Francisco de Mendonça, e conforme a cõmua opiniaõ dos Doutores, que he conforme a Ley do Reyno, os filhos naturaes

não

naõ succedem nos morgados havendo descendentes legitimos do instituidor, ainda que a respeito do ultimo possuidor sejaõ colateraes, e excluem aos naturaes, que só podem ter intrancia faltando estes, para que o morgado, que de sua natureza he perpetuo, naõ acabe, e conjecturada a vontade do instituidor, que neste caso se prezume os chamou; sem que obste ser a A. legitimada, por quanto os filhos naturaes, ainda que legitimados naõ succedem nos morgados havendo parentes legitimos; por quanto a legitimação naõ pode tirar o direito que os taes tem para succederem no morgado, e ainda que na legitimação se declare, que se legitimação para succederem nos morgados se ha de entender para os que de novo se instituirem. Docta additio ad Reinos. obs. 33. n. 10. cum aliis e naõ para os antigos, e da familia, além de serem as legitimações deste Reyno sómente humas dispensações, sem que outros obste por parte da A. que posto seja filha natural do dito Francisco de Mendoça, ultimo possuidor do morgado de que se trata, he chamada pelo instituidor em falta de descendente legitimo, e que deve preferir na succeção do dito morgado, por naõ ficar descendente legitimo do dito seu pay; por quanto posto que os filhos naturaes possaõ succeder nos morgados quando saõ chamados expressamente pelos instituidores, ou quando por legitimas conjecturas se colhe os quizerão chamar, com tudo no caso prezente falta a vocação debaixo da qual foy chamada; porque o instituidor D. Jorge Tello chamou em primeiro lugar para a succeção do dito morgado a seu filho mais velho D. João Tello, e naõ tendo este filhos legitimos, chamou para a succeção a seu filho segundo, e naõ tendo este outrosim filhos legitimos, cha-

mou a sua filha, e sendo Religiosa, ou sendo cazada, e naõ tendo filhos, e havendo filho bastardo de seu filho primogenito, succederia este, e naõ o havendo deo facultade ao ultimo possuidor do morgado, para que de seus parentes elegesse qual quizesse para successor do dito morgado, termos em que os bastardos só foraõ chamados no caso em que de tres primeiros chamados naõ houvesse descendencia legitima, o qual caso naõ aconteceu, por quanto do filho primogenito, e primeiro chamado D. João Tello, houve duas filhas Dona Catharina de Menezes, e Dona Maria da Sylva de Menezes, das quaes aescendem o pay da A. e R. que he descendente legitimo da dita Dona Maria da Sylva de Menezes, filha segunda, e legitima do dito D. João Tello primeiro chamado, termos em que a A. como filha natural naõ pode ter intrancia havendo legitimos descendentes do dito primeiro chamado D. João Tello, na forma em que o instituidor o declarou: sem que outrosim obste, que a dita clauzula, e condição foy só restricta as pessoas chamadas: por quanto nos morgados pela perpetuidade de sua natureza a forma dada aos primarios chamados se entende repetida em todos os successores principalmente sendo as clauzulas conformes, e naõ repugnantes ao direito cõ quem em duvida se ha de entender se quizeram conformar os instituidores sem que ultimamente obste, que o instituidor do dito morgado D. Jorge Tello foy filho natural, e que se deve entender chamou os naturaes amando a propria condição por quanto além de se naõ provar juridicamente, que o dito D. Jorge Tello foy filho natural, a prezunção, e conjectura que se tira de que admittio, e chamou os naturaes em falta de legitimos se desfaz com a disposição do in-

situdor contrario, que só admittio os filios bastardos, faltando legitima descendencia dos primeiros chamados. Por tanto julgo não ter a A. in- trancia no morgado da contenda, e ser o R. o legitimo, e immediato successor delle, codeno a A. nas custas Lisboa 4. de Junho de 684.

Joze do Basso de Torres.

Aqua sententia fuit gravamen interpositum ad supplicationis Senatum ubi fuit confirmata, & fundata in deliberationibus seqq.

19 Naturales in hoc Regno non possunt succedere, in maioratibus, nisi deficientibus transversalibus legitimis, ut eleganter resolvit doctissimus Præses in sua sententia optime comprobata, & exornata à doctissimo Pegas in retroproxima allegatione, & exmultoties decis. *apud eum in tract. de maiorat. success. tom. 2. cap. 20.* per torum cui nihil addendum super est ex quibus sententiam laudo Ulyssipone 19. Maii 1688.

Freyre.

In præsentia controversia, an scilicet Actrix filia naturalis Francisci de Mendoga ultimi possessoris maioratus, de quo agitur, admittenda sit ad ipsius maioratus successionem excluso Reo nepote dominæ Mariæ da Silva, e Menezes filia Domini Joannis Tello filij senioris institutoris domini Jeorgij Tello, contra filiam naturalem iudicandum censeo preferendumque esse legitimum filij senioris institutoris descendente ex seqq. præviter dicendis satis enim abundes dictum est in per orationibus a f. 120.

In institutione hujus maioratus fol. quæ pro lege observari bebet ad *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 3.* quod non solum de expressa, sed etiam de conjectura institutione debet intelligi *Sousa de Maced. decis. 10. n. 2.* invenitur illa dispositio fol. 16.

sæpius in hoc processu repetita, ex cuius vi Actrix successionem sibi competere affirmat sed frustra; dicta enim dispositio non solum comprehendit filios de quibus loquitur sed etiam omnes ex illis descendentes, hæc est enim natura maiora-⁴⁰ tuum, quod invocatione filiorum nepotes & avi descendentes continentur *Molin. de primog. lib. 3. cap. 3. n. 29. & cap. 8. n. 19. Phæb. decis. 104. n. 41. Valasc. consult. 151. n. 7. & 16. Surd. cons. 403. n. 21.* & idem dicendum est invocatione filij numero singulari *Phæb. 5. n. 59.* substitutio igitur facta⁴¹ per institutorem in filiis illegitimis, five bastardis indefectu filiorum legitimorum filij senioris primo vocati, & etiam filij secundo geniti locum habere non potest descendentes filij senioris, legitimis extantibus, quia omnes vocati censentur ex prima vocationem cum eadem qualitate legitimationis, quæ in omnibus descendentes repetita censetur *Castilh. quotid. lib. 5. cap. 181. n. 10.* Cum ergo ex supradictis supponendum sit quod institutor non solum vocavit filios ipsius filij primogeniti, & secundo geniti, & illorum sororis sed etiam omnes eorum legitimos descendentes & Illustrissimus Morchio sit legitimus descendens filij primogeniti institutoris, quanvis respectu ultimi possessoris sit transversalis præferendus est Actrici dicti ultimi possessoris filia illegitimæ ut cum *Menoch. & Mantic. tenet noster Pegas de maioratus exclusione cap. 20. 527.* Neque obstat, quod Actrix fuit per patrem legitimata, hæc enim legitimitatio Reo legitimo descendenti vocato ab institutore præjudicare non potest *Garc. de nobilit. Gloss. 21. n. 28. Castilh. lib. 3. contr. cap. 106. n. 4. & n. 13. & 40. Man- tic.*

ric. detacit. lib. 23. tom. 2. tit. it. n. 12. Gam. decis. 2. & ibi flores.

Secundum non obstat, quod maioratus successio de una in alteram lineam non transit dum ex prima linea aliquis superest, intelligitur
